

P. C. 88

Theologi. VII. 201.

2

LEO IVDAE MINISTER

ECCLESIAE TIGVRINAE OMNI-

bus uere pijs, & ex animo Christum colen-
tibus, Salutem.



Non sum ignarus, optimi Lectores, quanto me re
sui, quantoq; periculo exponam, dum nouam in ue
tus Testamentum interpretationem molior: nec du
bito futuros quosdam, qui hunc laborem meum uel
arrogantiae uel temeritati adscribāt. Hos, si pij sunt, aliās in prae
fatione editi operis (ut spero) satisfactione commoda mitiga
bo, & equiores mihi reddam: impios interim, uel parum mihi
propitios, nihil moror, tametsi illorum uicem ex animo doleam,
quod ueritati manifestae pertinaciter reclamant. Huiusmodi ho
minibus, qui affectibus carnis quam ueritatis ac rationis iudicio
magis ducuntur, qui sese adprobare studet, nihil unquam quod
uel deo, uel uera laude dignum est, sequetur. Mihi uero hoc uni
cum semper in omnibus studijs meis propositum fuit, hic unicus
scopus ad quem collimaui (quem animum seruet mihi deus) ut
id quod ore dei proditum esset, mihi Ῥᾶσ αὐορ , & ceu Lydium
lapidem sequendum proponerem, neue trāsuersum pilum ab eo
deflecterem. Deinde ut mihi & alijs ea quae ex ore dei obser
uassent, ad uirtutem & ueram pietatem promouendam accom
modarem, adeoq; multis prodessem. Hoc si assequor, satis mihi
fuerit: sin minus, contentus ero conscientia recti, idq; fecisse
quod dicat charitas, quae nihil agit perperam. Ut autē res ca

AD LECTORES

Sura sit in posterum, operis cœpti gustum hic quendam exhibeo vobis, ex ungue (ut aiunt) leonē æstimandi, interim quid quisq; iudicet, cautus obseruabo. Proderit hoc fortasse, ut uel totum opus (si ita pijs & eruditis uideatur) in spongiã abeat, uel certe maiori diligentia cætera absoluantur. Non enim fieri potest, ut non uel tacitus cõsensus omnium adprobet, uel amici interim (si ueri sunt) si quid admonendum erit, iudicia sua dissimulent. Iudicantur optima fide scripsisse, qui scripta sua principibus uiris inscribunt, quandoquidem nusquam maiori in luce illa pro stare potuissent, nusquã à pluribus & exactius iudicari. Quanto magis ego, qui mea offero uniuersi orbis iudicio? lam si de nomine Parabolarũ, de ratione ac usu scribere, si utilitatem earum commendare pergam, præter ea quæ ab Erasmo Roterodamo, Polydoroq; Vergilio, uiris doctissimis doctissime & copiosissime scripta sunt, merito stultus, & lumen soli inferre iudicari possem. Hoc unum duntaxat addo, Si tanta laude habentur digna, quæ ex Aristotele, Platone, Seneca, Plutarcho cæterisq; desumpta sunt, quæ ab intimis naturæ arcanis, è penitissimis disciplinarum adytis, ab eloquentium poëtarum eruditis fabulis, à nobilium historicorum monumentis eruta sunt, hæ nostræ merito celebratissimæ erunt, quæ è sacrario diuinarum literarum, è corde sapientissimi regis spiritu dictante sunt deprompta, qui cum totius orbis sapientibus certare possit, nedum eos longo intervallo post se relinquit. Siue igitur authoritatem, siue uetustatem spectes (quæ duo in commendatione ingens pondus habent) iure hæ cæterorum omnium parabolas longe superant. Taceo re

rum

rum maiestatem, quæ hic tanto maior est splendidiorq; quanto diuina humana omnia antecellit. Vobis igitur, candidissimi Lectores, hoc opusculum tenue licet & exiguum commendo, neq; enim pro mole corporis æstimandum est aut contemnendum, sed pro fructus magnitudine pijs omnibus amplexandum. Labore magno mihi constitit hic libellus, partim propter breuitatem & obscuritatem, partim quod pleræq; sententiæ ita sunt Ebraice scriptæ, ut pro uarietate interpretationis, uarios sensus reddere possint. Ego eum qui mihi simplicior & uerisimilior uisus est, exprimere sum conatus, interim suum cuiq; sensum relinquens. Vos igitur rogo boni consulite laborem hunc nostrum, & pro uestra humanitate, si quid peccatum est, ignoscite: si quid emendandum, libere admonete, neq; iudicium uestrum dissimulate. Orate insuper dominũ, ut uires mihi suppeditet, ut cætera quoq; feliciter absoluam. Valete.

A 3

LIBER PARABO

LARVM, AVT SIMA

uis Latine, Collationum seu Si-
milium Solomonis.

CAPVT PRIMVM.



SENTENTIAE Solo-
monis filij Dauidis regis Is-
raelis, † unde disci potest sa-
piētia & castigatio, ad intelli-

Titulus
iūctus est
propositi-
tioni.
2. Tim. 3.

gendum uerba prudētia, & percipi erudi-
tio prudenter agendi, iustitia deniqz, iudi-
cium & ^aaequirates, quae tradūt simplici-
bus solertiam, & imperitis scientiā & pro-
spicientiam. Quas quum audit sapiens,
cognitione promouebit; & qui iudicio
poller, industria ^bconsilia consequetur.
Ut ^cintelligat similitudinem & eloquen-
tiam, uerba sapientum, & acutas eorum
sententias.

^a uel directiones.

^b Ebr. ligationes.
^c uel sic: Ut intelli-
gat sentētiās & in-
terpretationem.

† Timor DOMINI sciētiae initiū est,
sapientiam & disciplinam stulti contem-
nunt. Audi fili mi disciplinam patris tui,
& directionem matris tuae ne repellas.
Ea enim gratiam addent capiti tuo, & ui-
ce torquis erunt collo tuo. † Fili mi si te
lactauerint peccatores, ne consentias. Si
dixerint: † I nobiscum, insidias struemus
sanguini, absconditi latitabimus contra
insontem

Primum
praecae-
ptum.

2.
Ecclesi 1.

Psal. 110.

Prou. 9.

3.
Psal. 36.

Esa. 29.

Psal. 123. in fontē absq; causa. † Deuorabimus eos uiuos instar inferorū, & integros, ut qui descendunt in foueā. Omnis generis pretiosas opes reperiemus, & implebimus praeda domos nostras. ^d Sortire tu nobiscum, unum erit omnibus nobis marsupium. [Tu autem] fili mi, ne abeas cum eis in uiam, [quin potius] arceto pedem tuum ab illorū semita. † Pedes enim ipsorum ad malum currunt, ac festinant ut effundāt sanguinem. Quoniam ^e frustra expansum est rete ante alatum auem. ^f Et hi sanguini eorum insidiātur, & abscondunt animabus eorum. Tales sunt semitæ uniuscuiusq; qui auide lucro inhiat, ut tollat uitam ab ijs qui eam habent, † Sapiencia foris uoce perstrepat, in plateis ædit uocem suam. In ^h præcipuis comitijs clamitat, pro ostijs portarum, perq; urbem uerba sua [intonat] & dicit: Quousq; stolidi stoliditatem diligitis, & illudores sibi illusionē placent, & stulti scientiam odio habent? Resipiscite ad increpationem meam, en efflo uobis spiritum meum, & manifesto uobis uerba mea. **Esa. 65.** † Quandoquidē uocaui, & renuistis: manum meam extendi, & nemo adtendit. **lere. 7.** Omne consilium meum negligitis, & increpationē meam non uultis. Ego quoq; ad perniciem uestram ridebo, & subsan-

^d Ebr. iace sortem tuam in medio nostri. Latini dicunt, ducere sortē. Dixi ergo: Sortire, hoc est, confors noster sis, partiarius.

^e Quidā hinnā exponunt, absq; causa, immerito.

^f Alij legunt: Sui sanguini insidiantur, hoc est, inter se mutuo, ut alter alterius uitæ insidiat.

^g uel, tollit uitam eius qui lucrū habet.

^h Ebr. In capite turbatur. i. in apertionibus portarū.

Prou. 6.
Esa. 59.

Paræneti-
ca suaso-
ria, ne cō-
temnatur
uerbum
dei.
Proy. 8.

SENTENTIAE

nabo quum euenerit uobis id quod formidatis. Quum uenerit uelut calamitas id quod horretis, et pernicies uestra instar procellae irruet, quum uenerit super uos afflictio & angustia. † Tunc inuocabitis me, & non exaudiam: maturabunt ad me, sed non inuenient. † Eo quod odio habuerunt scientiam, & timorem DOMINI non elegerunt. Non adqueuerunt consilio meo, omnem increpationem meam execrati sunt. Comedent ergo de fructu uiae suae, & consilijs suis saturabuntur. Occidit enim rerum expertes defectio, et stultos perdit prosperitas. † Qui autem mihi obtemperat, tutus habitabit, & securus erit a malorum metu.

Psal. 17.
Heb. 12.

Rom. 1.

Quam utilis sapientia.
Prou. 3.

CAPUT II.

Flli mi, si acceperis uerba mea, & praeccepta mea penes te reposueris, ut sapientiae aures tuas adcommodes, & cor tuum inclines institutioni. Nam si aduocaueris intelligentiam, uocemque tua institutionem accersueris. Si uelut argentum eam quaesieris, & inuestigaris eam ut thesauros, tunc intelliges timorem DOMINI, & scientiam dei inuenies. † DOMINUS enim largitur sapientiam, ex illius ore scientia & institutio intelligentiae. Is reponit iustis essentiam, protegit innocenter ambulantes. Vt conseruet semitas iudicij,

De possibilitate et facilitate consequendi sapientiam.

Psal. 118.
Iacob. 2.

a exit, proficiscitur, subintellige.

S O L O M O N I S.

5

Fructus
sapientiae
verae.

iudicij, & iter beneficorum suorum cu-
stodiat. Tunc intelliges iustitiam & iudi-
cium, æquitates, & omnem orbitam bo-
nam. Si sapientia cor tuum inuasit, &
scientia animum tuum delectauerit, pro-
spicientia custodiet te, & intelligentiæ in-
stitutio te seruabit. ^b Eripiet te à uia mala,
& ab homine peruersa loquente. [Ab his]
qui relicto itinere recto, eunt per uias re-
nebricosas. Qui gaudent malefacere, in
malitijs autē & peruersitatibus exultant.
Qui uias suas deprauant, & propudiosi
sunt in orbitis suis. Liberabit te à fœmina
peregrina, & ab extera quæ uerbis suis
blāditur. Quæ fœderis dei oblita, deserit
maritum, cui in iuuentute sua desponsa
est. ^c Nam mortem minatur domus eius,
& ad ^d damnatos [ducunt] orbitæ eius.
Quotquot ad eam ingrediuntur, non re-
deunt, nec uias uitæ apprehendunt. Idcir-
co bonorū itinere incedito, & iustorum
semitam obserua. Recti enim inhabita-
bunt terram, & integri superstites in ea
erunt. Impij uero è terra excidentur, &
præuaricatores ex ea funditus euellentur.

C A P V T I I I.

Deute. 11.

NOli obliuisci legis meæ fili mi, &
præcepta mea custodiat cor tuum.
Dies enim & annos uitæ tibi [pro-
rogabunt] pacem quoq; ac felicitatem ad-

^b Ebr. Vt eripiat,
ut liberet.

^c Ebr. Nā inclinat
ad mortem domus
eius.

^d Sæpe est in pro-
phetis, ut Rephas
im pro impijs &
damnatis hominis
bus ponatur, qui
iam apud inferos
sunt: sic & gibo-
rim p ualidis cor-
pore hominibus,
qui dum uiuerent
oppresserunt tyran-
nide pauperes, ut
Ezech. 32.

A 5

S E N T E N T I A E

a Hoc est, sint tibi familiarissima.

dent. Beneficentia & fides ne te destitu-
ant, ^a liga eas ad collum tuum, & tabulis
cordis tui inscribito. Nanciscerisq; gratiã
& bonum intellectũ in oculis dei & ho-
minum. † Fide D O M I N O in toto cor-
de tuo, & prudentiã tuã ne innitaris. In
omnibus uis tuis agnoscito eum, ipse e-
nim semitas tuas diriget. † Ne sis sapiens
in oculis tuis, D O M I N V M time, & à
malo recede. Sanitas [hinc] erit umbilico
tuo, & irrigatio ossibus tuis. † Glorifica
D O M I N V M de opibus tuis, & de pri-
mitijs omnis prouentus tui. Sic enim im-
plebuntur horrea tua satietate, & torcula
ria tua musto ^b exundabunt.

b Ebr. erumpent.

Castigationem D O M I N I caue auer-
seris fili mi, neq; fastidias ad increpationem
eius. † Quem enim amat D O-
M I N V S obiurgat, & tanquam pa-
ter in filio delectatur. O felicem ho-
minem qui inuenit sapientiam, ^c & qui
eruit prudentiam. Quia potior est merx
illius merci argenti, & prouentus eius au-
ro puro puto. Gemmis hæc est pretiosior,
& omnia quæ expetere potes, æquipara-
ri ei non possunt. Ad dexteram eius uitæ
est ^d diurnitas, ad sinistram uero eius
opes & gloria. Viæ eius sunt uia amœ-
næ, & omnes semitæ eius pacatæ. † Hæc
lignum est uitæ his qui eam apprehende-
rint,

c In Ebr. repetitur homo.

d Ebr. longitudo

subur
minic
sive

Exo. 20.

Esa. 5.
Rom. 12.

Deut. 26.
Tob. 4.
1. Pet. 4.

Tob. 12.
Heb. 12.
Apoc. 3.

Encomiũ
sapientiæ.

De præ-
stantia sa-
pientiæ.

Gen. 2.
Ioan. 17.

runt, & beatus est quisquis eam nactus fuerit. Sapiencia fundauit DOMINVS terram, cœlos autem intelligentia condidit. Scientia illius dehiscunt abyssi, & æthera rorem destillant. Hæc fili mi nunquã ab oculis tuis recedãt, obserua essentiam & prospicientiam. Erunt uita animæ tuæ, & gratia gutturi tuo. † Tum secure ibis iter tuum, & pes tuus nõ impinget. Quum quiescis, non pauebis: quum recumbis, iucundus erit somnus tuus. Non formidabis repentinos pauores, impiorũ, quodocunq; uenerit, tumultum. † Dominus enim aderet lateri tuo, & pedem tuum custodiet, quo minus capiaris. Ne prohibeas bonum ei qui potis est, dum facultas tibi suppetit ad faciendum. Ne dicas proximo tuo: Abi & redi, cras dabo, quum modo habeas. Ne machinare proximo tuo malum, quum ille securus tecum habitat. † Ne temere litem cum quoquam suscipias, si tibi nihil mali fecit. † Ne æmuleris uirum uiolentum, nullam uiarum eius eligas. Nam DOMINVS abominatur desertorem, cum rectis autem est consilium eius. Execratio DOMINI est in domo impij, habitaculis autem iustorum benedicit. Illufo-ribus illudit ipse, mãsuetis autem dat gratiam. Sapientes gloriam, stulti autẽ igno-

Prou. 1.

Psal. 25.

Sequuntur
præcepta
de chari-
tate.

Prou. 25.

Psal. 36.
Prou. 1.

e Obscurus est hic uersiculus, & uarie interpreta- tus. Aliqui legunt Ne subtrahas bonum ab his qui eo opus habent: alij aliter. f Ebr. & est tecũ, uel tibi. g uel, ne tibi malũ rependat.

SENTENTIAE

miniam, dum euehuntur, hæreditate ad-
quirunt.

CAP. IIII.

Adhortatio ut mature sapientie studeant.

Avdite filij paternã castigationem,
& adijcite animũ ad cognoscen-
dam intelligentiam, doctrinam
enim bonã propono uobis, legẽ meam
ne relinquitte. Nam & ego filius patris
mei quum essem, ^acoram matre quoque
mea tenerrimus & unicus. Ille docebat
me, inquit, † Apprehendat uerba mea
cor tuum, custodi præcepta mea, & uiues.
Compara sapientiam, compara intelli-
gentiam, ne obliuiscaris, neq; declinaue-
ris à uerbis oris mei. Seruabit te, si nõ de-
serueris eam: custodiet te, si eam dilexe-
ris. ^bAnte omnem cognitionem compa-
ra sapientiam, & præ uniuersis quæ possi-
des compara intelligentiam. † Euehito
ipsam, & euehet te: glorificabit quoque
te, si eam amplexus fueris. Dabit capiti
tuo additamentum gratiæ, & muniet te
magnifica corona.

Audi fili mi, & accipe sermonẽ meum,
& prorogabuntur tibi anni uitæ tuæ. In
uia sapientiæ dirigam te, ducam te in or-
bitis rectis. Ne tibi iter facienti angustia
gressum impediãt, aut currens impin-
gas.

^a Alij Libne les-
gũr inter filios, nõ
Lipne.

^b Eb. Principio sa-
piẽtiæ compara sa-
pientiam.

Deut. 6.
11. 32.

Deut. 26.

Pfal. 7.

gas. Teneto disciplinam, ne remittas, obserua eam, quoniam ipsa est uita tua. † In semitam impiorum ne ingrediaris, & in uia malorum ne te beatum existimes. De fere eam, quo minus hac transeas: defle-

Pfal. 9.
Prou. 2.

cte ab ea, & præteri. † Nec enim somnum capiunt nisi malum perpetrarint, & fugit ab eis somnus, ni ruinam aliquam dederint. ^c Victitant enim cibo impie quæsi-

c Ebr. Panē impie
tatis comederunt,
& uinū iniquita-
tis bibunt.

to, & bibunt uinum ui extortum.
Via autem iustorum sicut lux inclarescit, quæ subinde fit illustrior ^d usq; ad perfectum diem. Via impiorum ceu caligo est, nesciunt ad quod impingant. Fili mi

d Ebr. it & lucet
usq; ad paratum
diem.

Num. 15.
Deute. 22.

aurem præbe. † Caue excidant ab oculis tuis, asserua eos in medio cordis tui. Vitam enim adferunt ijs qui eam inuenerint, & est medicina uniuersæ carni suæ. Omni cura muni pectus tuū, inde enim uita egreditur. Aufer à te prauitatē oris, & labiorum peruersitatem longe à te relegato. Oculi tui ad ea sint intēri quæ coram te sunt, & palpebræ tuæ rectā inspiciant in ea quæ ante te sunt. Librato orbitam pedum tuorum, & omnes uia tuæ recte dirigantur. † Ne declines ad dexteram aut sinistra, sed reuoca pedem tuum à malo.

Deute. 4.
5. 17. 28.

SENTENTIAE

CAPVT V.

Parænetica est, cauendam scortationem, et rite colendum matrimonium: partim ad iustitiam, partim ad temperantiã pertinet.

Flli mi animũ aduerte sapientiẽ meã, & prudentiã meã aurem tuam adcommoda. Vt custodias consilia, & scientiã labia tua custodiant. † Quoniam fauum stillãt labia ^aalienã, & guttur eius blandius est quã oleum. Postrema uero eius amara sunt uelut absinthium, & acuta ceu gladius ^bbiceps. Pedes eius ad mortem descendunt, & incessus eius ad inferos trahit. Semitam uitã fortassis ^cexpendis, uacillant gressus eius ut non cognoscas. Nunc igitur filij audite me, & nolite recedere ab eloquijs oris mei. † Iter tuum quã longissime ab illa prohibe, nec adpropinques foribus domus eius. Ne fortẽ des alijs decus ^dtuum, & annos tuos crudeli. Ne forte ^efatientur alieni ijs quã tuis uiribus [parauisti,] & labores tui [sint] in domo aliena. Et tu tandem, quum caro tua & uiscera tua consumpta sunt, gemens dicas: Cur castigationem odio sum prosequutus, & increpationẽ cum execratione abiicit cor meum? Cur non audiui uocẽ eorũ qui dirigebãt me? cur docẽtibus me non adcommodaui au-

rem

Exordios
lum.

Prou. 7.

^a alienam meretricem intelligunt.

^b Ebræ. gladius orium.

^c Hoc est: Si forte uelles apud eam expendere uitã uiam.

^d Alij, robur tuũ, alijs facultates.

^e Ebr. robur tuum & labores tui capiuntur pro ijs que laboribus nostris paramus.

Ecclesi.

rem meam? Parum abfuit, quin lapsus
essem in medium contubernium & cœ-
tum omnis mali.

Aquam è puteis tuis bibe, & fluentia
ex fontibus tuis. Deriuentur fontes tui fo-
ras, & riuuli aquarum in plateas [proma-
nent.] ^f Sint tibi soli, & alienis non tecū.

Ecclesi 9. Sit uena tua benedicta, & gaudiū quod
de uxore [capis] quæ tibi in iuuentute de-

Ecclesi 9. sponsa est. [†] Sit hæc uelut amata cerua, &
caprea gratiosa, & amores eius omni tem-
pore te reficiant, in dilectione eius per-
petuò sis implicitus. Cur enim mi fili alie-

Iob 31. 34. næ esses ^h implicitus? Cur in ⁱ gremio alie-
næ adhæresceres? [†] Quando uia homi-
nis oculis DOMINI sunt expositæ, &
omnium itinera æqua lance expendat.

Prou. 29. [†] Impium suæ ipsius iniquitates capiunt,
& funibus peccatorum suorum irretitur.
Ipse morietur absq̃ ^h disciplina, & in mul-
titudine stultitiæ suæ implicabitur.

CAPVT VI.

*A fideiubendo pro alijs deterret, horta-
tur ignauos ad laborem, monet à fraudulen-
tis, et ab adulterio deterret, quandoquidem
peius sit furto.*

Prou. 11. **F**lli mi, [†] si pro ^a proximo tuo spon-
deris, manuq̃ tua stipulaueris pro
17. 20. 22.
27. alieno, irretitus es uerbis oris tui, ca-

^f Quidā hic nouā
sententiā incipiūt,
& referunt ad se-
quentia, ad uxore
scilicet, sic: Est qd
dā quo solus fruī
debes, uidelicet
gaudium, & c.

^g Alij legūt, ube-
ra.

^h Possit etiā legi
Cur enim sic ine-
ptires aut errares?
ⁱ uel, sinu.

^k Hoc est: Quia nō
uoluit castigatio-
nē & disciplinam
recipere.

^a Alij legunt, alie-
no.

S E N T E N T I A E

b Alij, prosterne
te, alij excita, uel
insta.

ptus sermone oris tui. Fac igitur hoc fili
mi ut libereris, uenisti enim in manū pro
ximi tui, abi ergo, propera, & buehe pro
ximum tuum. Ne concedas somnū ocu
lis tuis, neq; dormitationē palpebris tuis.
Elabere uelut caprea è manu, & ut auicu
la è manu aucupis. I ad formicā ô piger,
inspice uias eius, ut sapiēs fias. † Ea enim
quum neq; principem, neq; exactorem
aut ducem habeat, tamen æstate cibum
suum parat, & messe alimentum suum
comportat. † Quandiu piger dormies?
Ecquando à somno tuo surges? Paululū
dormiendum, paululum dormitandum,
paululū cōplicandæ manus ad dormien
dum. At interim ceu uiator ueniet æge
stas tua, & inopia tua ceu uir scuto mu
nitus.

Prou. 10.
30.

Prou. 13.
Mimesis
ignauorū.

c Belial est homo
qui omni ratione,
humanitate, reli
gione, pietate &
omni probitate de
stitutus est.

Homo c Belial est uir uanus, ore per
uerso incedens. Annuit oculis suis, inde
core pedes suos succutit, significat digitis
suis. Peruerstates habet in corde suo, con
cinnat malum omni tempore, immittit
occasiones contentionum. Proinde subi
to ueniet interitus eius, subitoq; sic conte
retur, ut mederi nemo queat.

Hęc sex odit D O M I N U S, septimum
autem ex animo detestatur. † Elatos ocu
los, * Mendacem linguam, Manus quæ
sanguinem innoxium fundunt, Cor ini
qua

Psal. 17.

Prou. 12.

SOLOMONIS.

9

Prou. 1. qua consilia machinans, † Pedes ad malum currēdi festinos, Testem falsum qui spirat mendacia, & eum qui ferit inter fratres dissidium.

Custodi fili mi praecepta patris tui, & ne reijcias directionem matris tuae. Alliga ea cordi tuo, idēq; iugiter, & adnecte ea gutturi tuo. Ut te proficiscentem deducant, ut super dormientē excubēt: cumq; eūgiles, tecum differat. † (Præceptū enim lucerna est, & lex lumen: uitæ uero uia, correptio & castigatio) † Ut caueas à muliere mala, & à blāda lingua scorti. Quo minus speciem eius in corde tuo concupiscas, neq; te nutibus suis capiat. Nam propter scortum [adigitur] quispiam ad libum panis, mulier autem uiro iuncta uenatur pretiosam animam. Num quispiam ignē in sinu suo fouet, ut uestimenta sua non adurantur? Aut incedet quis super prunas, ut pedes eius non adurantur? Sic qui ingreditur ad coniugem proximi sui, culpa nō uacabit, quisquis eam tetigerit. Non reputant probro furi, si esuriens furetur ut euitam sustentet. † Sed deprehensus aut septuplum rependit, aut uniuersam rem familiarem dat. Qui autem adulterium committit cum muliere, excors est: & qui hoc facit, animam suam perdit. Verbera insuper & ignominiam

Psal. 1. 8. eūgiles, tecum differat. † (Præceptū enim lucerna est, & lex lumen: uitæ uero uia, correptio & castigatio) † Ut caueas à muliere mala, & à blāda lingua scorti. Quo minus speciem eius in corde tuo concupiscas, neq; te nutibus suis capiat. Nam propter scortum [adigitur] quispiam ad libum panis, mulier autem uiro iuncta uenatur pretiosam animam. Num quispiam ignē in sinu suo fouet, ut uestimenta sua non adurantur? Aut incedet quis super prunas, ut pedes eius non adurantur? Sic qui ingreditur ad coniugem proximi sui, culpa nō uacabit, quisquis eam tetigerit. Non reputant probro furi, si esuriens furetur ut euitam sustentet. † Sed deprehensus aut septuplum rependit, aut uniuersam rem familiarem dat. Qui autem adulterium committit cum muliere, excors est: & qui hoc facit, animam suam perdit. Verbera insuper & ignominiam

Pro. 5. 7. muliere mala, & à blāda lingua scorti. Quo minus speciem eius in corde tuo concupiscas, neq; te nutibus suis capiat. Nam propter scortum [adigitur] quispiam ad libum panis, mulier autem uiro iuncta uenatur pretiosam animam. Num quispiam ignē in sinu suo fouet, ut uestimenta sua non adurantur? Aut incedet quis super prunas, ut pedes eius non adurantur? Sic qui ingreditur ad coniugem proximi sui, culpa nō uacabit, quisquis eam tetigerit. Non reputant probro furi, si esuriens furetur ut euitam sustentet. † Sed deprehensus aut septuplum rependit, aut uniuersam rem familiarem dat. Qui autem adulterium committit cum muliere, excors est: & qui hoc facit, animam suam perdit. Verbera insuper & ignominiam

Matt. 5.

Exod. 21. esuriens furetur ut euitam sustentet. † Sed deprehensus aut septuplum rependit, aut uniuersam rem familiarem dat. Qui autem adulterium committit cum muliere, excors est: & qui hoc facit, animam suam perdit. Verbera insuper & ignominiam

Amplificatur adulterij crimen per cōparationem.

d non impune abit, nō euadet sine labe aut damno.
e Eb. ut impleat animam suam.

B

SENTENTIAE

inuenit, cuius opprobrium nunquā poterit deleri. Maritus enim zelotypiae impatiētia [accensus] cum ei uindictae occasio offertur, non parcat. Neque ullius intercessoris faciē recipit, nec munera, quantumuis magna, admittit.

Adulterium grauius furto quod ex necessitate fit.

CAPVT VII.

Deterret ab adulterio: cōmendat uerbum dei, quo aduersus hanc tentationem munitur.

Flli mi custodi uerba mea, & praecepta mea tecum reconde. † Serua praecepta mea, & uiues, & legem meam ceu oculorum tuorum pupillam. Alligato ea digitis tuis, & tabulis cordis tui inscribito. Dic sapientiae: Soror mea tu es, & prudentiam uocato cognatam. † Ut custodiāt te à muliere extranea, & à peregrina, quae uerbis suis blanda est.

Deute. 17.
Nua. 27.

Pro. 2. 5.

Equidem quum de fenestra aedium mearum per cancellos prospicerem, sub uespertinū diei crepusculum, in ipsa obscuritate atque caligine noctis, uidi, animaduerti que inter stupidos filios adulescentem quendam uecordem transeuntem per plateam, ad angiportū uersus domum scorti incedentem. Et ecce occurrebat ei mulier meretricio habitu, cauta corde. Haec strepera erat & inconstās, cuius pedes domi consistere nesciunt. Nunc foris erat,

Exēplum fictū pro more: sic em fit, ut hic factū uidisse se ait.

Notatio meretricis.

^a baschuk potest etiam interpretari in concupiscētia.

^b Alij, perfida.

erat, nūc in plateis, ad omnem angulum infidias struens. Hæc complexa iuuenem deosculabatur eum, ^cimpudentiꝫ uultu dicebat ei: Sacrificia fuerunt mihi pacificorum, hodie reddidi uota mea. ^dProinde egressa sum tibi obuiã, ut mature uultui tuo [apparerẽ,] & inueni te. Lectum meū fragulis instruxi, tapetibus ac fascijs Aegyptiacis. Cubile meū odoratum reddidi myrrha, aloë & cinnamomo. Ades, ^eamori indulgebimus in crastinum usqꝫ, amore nos exhilarabimus. Neqꝫ eñ uir ^fdomi est, sed procul peregre profectus. Saculum pecunię accepit in manū suam, ^gcerto die ^hdomum rediturus. † Hac uerborum copia flexit illum, ac labiorū suorum suauitate perpulit eum, ut protinus eam sequeretur, non secus quã bos qui ad lanienam uadit, & ceu dum compes stulto ad castigationē [adhibetur.] Donec sagittã transuerberaret iecur eius, ceu dum auis ad laqueum properat, ignarus quod uitæ eius paratus sit. Nunc ergo filij audite me, & animum aduertite uerbis oris mei. Ne pronū sit cor tuum ad uias eius, neqꝫ oberres in semitis eius. Ipsa eñ multos uulnerauit ac strauit, et fortissimū quencꝫ trucidauit. Domus eius methodus est ad inferos, eorum qui descendūc ad penetralia mortis.

^c Eb. forti facie.

^d Alij legunt: Supra hæc.

^e Alij: Inebriabimur uberibus, uel fruemur amorib.

^f Ebr. Vir non est in domo sua.

^g Eb. domū suam.

Ecc̃s 7.

SENTENTIAE
CAPVT VIII.

Encomium sapientiae, quae omnibus est
obuia.

AN non ꝑ sapientia clamat? & pru- Prou. 1.
dencia ædit uocem suam? E sum-
mis uerticibus ad uiam inter se-
mitas se cõstituens. Ad portas, ad ingres-
sum ciuitatis, ubi introitur per fores, ibi
intonat. Ad uos ô uiri clamo, & uox mea
est ad filios hominum. Intelligite ô uos
incauti solertiam, & insipientes corde in-
telligite. Audite, loquar enim præcipua
quædam, & apertio labiorum meorum
a suple eloquetur Prou. 10.
uel proferet. Psal. 18.
recta. Veritatem enim meditatur faux Prou. 3.
mea, & impietas abominanda est labijs
meis. In iustitia sunt omnes sermones oris
mei, nec est in eis peruersum quid aut pra-
uum. Vniuersi expositi sunt intelligenti-
bus, & recti his qui inueniunt sciẽtiam.
Accipite ergo disciplinam meam, & non
argentũ, & scientiam præ auro puto pu-
ro electo. †Præstat enim sapientia marga-
ritis, & quidquid expetibile est, nõ potest
illi æquiparari.

Ego sapientia cohabito solertiae, & sci-
entiam consiliorũ assequor. Timor DO-
MINI odium mali est, fastum & arro-
gantiam, uiam malam, & os peruersum
ego odi. Apud me est cõsilium & bessen-
tia,

¶ Thuscia, quod
conseruat rem in
essentia, alij suc-
cessus.

ria, apud me est intelligentia et fortitudo.

Dent. 17.
Sap. 6.

† Per me regnant reges, & principes discernunt iustitiam. Per me domini dominantur, & omnes iudices terræ munifici sunt & liberales. Ego diligentes me diligo, & † qui me mane quærunt, inuenient me. Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes duraturæ, & iustitia. Fructus meus melior est auro puro puro, et auro obrizo, et prouentus meus argento electo. † Per iter iustitiæ incedo, atq; adeo in medijs semitis iudicij. Ut possessionem substantiæ parem diligentibus me, thesaurosq; eorū cumulem. DOMINVS possedit me initio

^c Alij legunt: Per iter iustitiæ ducam te.

Ecclesi 24.

† Ab æterno ordinata sum, & ab initio ante terram. Nondū erant abyssi quum ego essem formata, nondū fontes aquis redundabant. Priusquam montes & mergerentur, ante colles formata sum. Adhuc non fecerat terram, & quæ hextra sunt, & caput puluerum orbis. † Quum præpararet ipse cælos, illic ego eram, quum ipse cōstitueret globum super faciem abyssi.

^d Ebr. ante opera eius extunc.

^e Alij legunt: Ab olim, uel à sæculo constituta sum, ab initio, ante primordia terræ.

^f Ebr. graues, uel grauati aquis. & aquis scilicet.

^h Alij legunt, & fines aut extremitates eius.

Sap. 9.

Quum æthera superne figeret, fontesq; abyssi firmaret. † Quum poneret mari legem suam, & aquis ne transgrederentur litus suum, quum cōstitueret fundamenta terræ. † Fida illi aderat quotidie delicijs [fruens,] ludens coram illo omni tem-

ⁱ pro fida alij legunt nutritius uel educata.

Gen. 1.
Iob 26.

SENTENTIAE

porre. Ludo præterea in orbe terræ eius, et
deliciæ meæ cum filiis hominum. Nunc
igitur filij audite me, beati qui uias meas
obseruant. Audite disciplinam, & sapien-
tes este, neq; sitis ignaui. Beatus homo q
me audit, & qui excubat ad fores meas
quotidie, et stationem obseruat ad postes
ostiorum meorum. Quoniam qui me in-
uenerit, uitam inuenit, & proliciet fauo-
rem DOMINI. Qui uero in me pecca-
rit, iniurius est animæ suæ: & quicunq;
me odio habent, mortem amant.

CAPVT IX.

*Formam & modum doctrinæ comprehen-
dit sequentibus gnomis, & qui discipuli.*

Sapientia ædificauit domum suam,
excidit columnas eius, nempe septē.
Mactauit uictimam suam, miscuit ui-
num suum, quin & mēsam suam instru-
xit. Misit puellas suas inuitatum ad sum-
mam urbis arcem. [His uerbis:] Quicunq;
imperitus est, huc diuertat. Et uecordi
quoq; dixit: Venite, comedite panē meū,
et bibite uinū quod miscui. Derelinquite
imperitiam, & uiuite, & incedite in uia
intelligentiæ. Qui erudit illusorem, au-
fert sibi ignominiam: & qui impium cor-
ripit, maculam suam. Noli ergo irriso-
rem corripere, ne te oderit: redargue sa-
pientem,

Potest etiā petha
Vocatiui esse
casus. O ups im-
periti, deserite, sci-
licet imperitiam.
Aliqui legūt, &
beati eritis.
Suple, recipit uel
aufert: loquea em
repeti debet per
zeugma, quod E-
breis frequenter
omittitur.

Personæ
etio.
Quanta
charitate,
q̄q; libera-
liter uo-
cet nos
deus.

pietem, & amabit te. Da sapienti, & sapi-
pior erit: doce iustum, & eruditionem
augebit.

Pfal. 110.

Ecclesi 1.

Pro. 4.

Finis &
usus uerae
sapientiae.

Per anti-
thesim po-
nit quid
faciat fal-
sa sapien-
tia.

† Principiū sapientiae, est timor DO-
MINI, & scientia sanctorum intelligen-
tia. † Per me enim multiplicabuntur dies
tui, & adicientur anni uitae tuae. Si sapue-
ris, tibi sapueris: si uero irrisor fueris, tu fo-
lus feres. Mulier stulta, clamosa, persua-
siones habet, sed nihil nouit. Sedet ad or-
stium domus suae in folio in aeditis locis
urbis, ut uocet illos qui illac praetereunt,
& qui recta uias suas incedunt. [Sic enim
clamat:] Qui imperitus est, huc diuertat.
Ad uerorem autem dixit: Aquae furtivae
dulces sunt, & panis clandestinus iucun-
dus. Et non nouit quod mortui illic sunt,
& in profundis inferorum inuitati illius.

d Possit etiam repe-
ti: Principiū scien-
tiae est sanctorum in-
telligentia: quare
alius traduxit: Sum-
mum in prudentia
est, nosse diuina.
e Possit etiam legi,
sanctarum scilicet
rerum.

CAPVT X.

SENTENTIAE SOLO-
MONIS.

Pro. 15.

Hinc fere
ad finem
usq; mi-
scellaneae
quaedam
sententiae
sunt.

* Pro. 11.

Ecclesi 5.

† Psal. 36

Pro. 12.

* Pro. 6.

Sapiens † filius exhilarat patrem, at stul-
tus filius moeror est matri suae.
* Non proderunt thesauri impie
quaesiti, iustitia autem liberat a morte.
† Non patietur DOMINVS ^aut ani-
ma iusti fame laboret, ^bastutiam uero im-
piorum propellet.
* Qui operatur fraudulenta manu, ege-
nus est, manus uero sedulorum ditat.

aSeu, Non patietur
esurire uel fame la-
borare.
b Hauath, calamitas
seu oppressio:
sed actiue, qua im-
pii pauperes op-
primunt.
c Alij legunt, ma-
nu remissa.



SENTENTIAE

¶ uel, qui prudens est, colligit æstate.

Qui ^o congregat in æstate, prudens est: qui uero in messe sterit, pudori se obijcit.

¶ eos forte pro facie ponitur, quã multa mala operient.

¶ operire pro operire, quia malum consiliũ consulti pessimum.

¶ Ebr. ad benedictionem.

¶ Alij, uapulabit, seu uaria inculcat.

Benedictiones sunt super caput iusti, os autem impiorum ^o operiet uolentia.

† Memoria iusti glaudẽ habet, impiorum uero nomen sordet. Psal. 111.

Qui sapiens est corde, præcepta recipit: stultus autem labijs in uaria incurrit.

† Qui integre ambulat, ambulat tuto: qui uero uias suas deprauat, deprehendetur. Psal. 22.
Prou. 23.

† Qui annuit oculis, negotiũ faceffet: stultus autem labijs in uaria incurrit. Fingens uultũ hypocrita.

¶ uel, operiet uolentia, ut supra.

Vena uitæ est os iusti, os autẽ impiorum tegit uolentiam. Ecclesi 27.

Odiũ excitat occasiones contentionum, sed dilectio omnes præuaricationes obregit. 1. Pet. 4.
Prou. 11.

In labijs prudentis inuenitur sapiẽtia, sed in tergo stulti uirga.

Sapientes scientiam dissimulãt, os uero stulti terrorem accersit.

¶ Ebr. Diuitiæ diuitis urbs fortitudinis eius, formido pauperib. inopia eorum.

† Opibus uelut urbe fortissima [si- Prou. 18.
dit] locuples, pauperes uero sua ipsorum pauperies timidos reddit.

† Opus iusti adfert uitam, prouentus autem impij cedunt ad peccatum. Psal. 7.
Prou. 11.

¶ uel: Obseruãtia disciplinæ est semita salutis.

Semita quæ ad uitam ducit, obseruat disciplinam: qui autẽ correptionem deserit,

ferit, seducit [sese.]

Qui cælat odium labijs mendacibus,
& qui infamiã prodit [æque] stultus est.

In multitudine uerborum non aberit
transgressio, qui uero labijs suis parcat,
prudenter agit.

Lingua iusti electum est argentum,
quod ^mcor impiorum paruipendit.

Labia iusti ^mmultos pascunt, stulti autẽ
in ^ouecordia morientur.

Iob 42.

Eccli 11.

Benedictio DOMINI ipsa locuple-
tat, nec quidquam molestiæ secũ adfert.

Locus est stulto scelus ^pdesignasse, id
uero si quis animaduertit, sapientia est.

Impijs accidunt quæ metuunt, iustis
uero ^qdat quod cupiunt.

Psal. 1.

† Vbi tempestas præterit, impius nus-
piam est: at iusti fundamentum perpe-
tuum est.

Quod acetum est dentibus, & fumus
oculis, id piger est his qui se miserunt.

Timor DOMINI adiicit dies, anni
autem impiorum succiduntur.

Prou. 11.

† Expectatio iustorum gaudium est,
spes autem impiorum perit.

Via DOMINI integro robur est, fa-
cinorosis autem pauor.

Psal. 124.

† Iustus perpetuò non mouetur loco,
impij autem in terra non habitabunt.

Os iusti propagabit sapientiam, ac lin-

B S

mael, cor impiorũ
nihili est.

ⁿ Alij sic: Labia
iusti totã multitu-
dinem regunt, quã
stulti sua uecordia
perdunt: sed uide-
tur dicere de do-
ctrina ueritatis,
quæ est pastus ani-
mæ.

^o Alij legunt, ino-
pia cordis.

^p Alij sic legunt:
Vt leue est stulto
scelus designare,
sic sapienti uiro
prudẽtia: scilicet,
leuis aut facilis
est, propter asuetu-
dinem.

^q Dominus scilicet
cet dat.

SENTENTIAE

gua peruersa excindetur,
Labia iusti cognoscunt grata, os uero
impiorum peruersa.

CAPVT XI.

Bilancem dolosam abominatur DO
MINVS, at integrum pondus pla
cet illi.

Pro. 16.
20.

^aAb. Venit fastus,
& uenit ignomi
nia, hoc est, super
bie comes est igno
minia.
^b uel, ad requiem
eos ducit.

† Vbi ^afastus, illic & ignominia: sed a
pud modestos est sapientia.

2. Pet. 5.
Matt. 11.

Integritas ^b rectorum deducit eos, per
uersitas prauearicatorum uastat eos.

Non proderunt diuitiae in die irae, at
iustitia liberat à morte.

Iustitia integri dirigit uiam eius, at in
impietate sua cader impius.

Iustitia rectorum liberabit eos, prauea
ricatores in ^cprauitate capientur.

^c seu, in oppressio
ne, qua alios op
pressit.

† In morte hominis impij perit spes, et
expectatio uiolentorum interit.

Prou. 10.
Sap. 5.

Iustus ex aduersitate eripitur, sed im
pius succedit illi.

† Hypocrita ore euertit proximū suū,
iusti ^d autem per scientiam liberabuntur.

Prou. 21.

^d uel, scientia iusto
rū liberabit eum.

Quum ben^e est iustis, exultat ciuitas:
& quum pereunt impij, ^eouat.

^e seu, iubilus oris
tur.

Benedictione rectorum ^fexaltatur ci
uitas, sore autem impiorum euertitur.

^f exaltatur seu eue
hitur, floret.

Vecors contemnit ^gproximum suum,
uir prudens autem dissimulat.

^g ore, hoc est, con
silijs & sermonib.

Qui arcanum reuelat, obambulat ut
mercator,

^h uel, qui contēnit
proximū suum, ue
cors est.

mercator, qui autem fideli est animo, rem regit.

3. Reg. 12. † Vbi non sunt cōsilia, cadit populus:
Prou. 14. ubi autem fatis cōsiliariorum est, conseruatur.

† thahbulothi. Con-
silia comparantur
rudentibus seu gu-
bernatoribus na-
uium.

Prou. 6. † Male adfligitur qui spōdet pro alio:
qui uitat stipulationes, securus est.

Mulier quæ gratia prædita est, tuetur
gloriam, robusti autem retinent diuitias.

k Alij sic: Muller
quæ tuetur gloriã,
gratiosa est.

Beneficus suum ipsius ingeniū frau-
dat, crudelis uero proximū suum turbat.

† Alij sic: Qui edu-
cat animam suam,
beneficus est: &
qui turbat carnē
suam, crudelis.

Prou. 10. † Impius facit opus fallax, qui uero se-
rit iustitiam, solidam mercedem recipiet.

Firmū quiddam est iustitia ad uitam,
qui autem malitiam sectatur, mortem si-
bi [accersit.]

Abominatur D O M I N U S prauos
corde, integris uero conuersatione dele-
ctatur.

m Manus instru-
mētum auxiliij est:
impij sibi mutuo
manū præbēt, hoc
est auxilia iungūt,
sed frustra, nō eua-
dent malum.

Iere. 17. m Manus manui iuncta, non exfors
erit mali, semen autem iustorum euadet.

Quod monile aureum est in rictu por-
ci, id est mulier formosa insulsa.

n Eb. Est qui spar-
git, & additur ul-
tra: & uitans à res-
cto, duntaxat ad
defectum.

Iusti duntaxat bonum desiderant, ex-
pectatio iustorum excandescencia.

Psal. 36. † Est qui liberaliter profundit, sed ni-
hilominus augetur res eius: est æquo
sordidior, qui semper eger.

o Eb. Anima bene-
dictiōis impingua-
bitur, & inebriās
ipse irrigabitur.

2. Cor. 9. † Qui munificus est, auctior redde-
tur: qui irrigat, hic & docet.

Nota est significa-
tio benedictionis
apud Ebreos.

SENTENTIAE

^pEbr. benedictio
super caput distra
hentis.

^quel, inueniet be
neplacitum: suple
dei.

Qui annonam abstrudit, execratur a
populo: ^pqui uero distrahit, laudatur.

Qui mature confectatur bonum, in
uenit ^quæ desiderat: qui autem malum
querit, u^suueniet ei.

† Qui opibus suis fidit, is corruet: iusti
autem ceu folium florebut,

Prou. 18.

Iere. 17.

Luc. 12.

Psal. 1.

Qui perturbat domum suam, uentum
hæreditate accipiet: & seruus stulti ad sa
pientem corde [transit.]

^rAlij legunt, & sa
piens animas insti
tuit.

Fructus iusti est lignum uitæ, & ^rsa
piens animas capit.

Ecce iusto in terra rependitur, quanto
magis impio & peccatori?

CAPVT XII.

^auel, in impietate
sua perget. Est aut
(ut id semel dicã,
quod in hoc libro
frequenter occur
rit) Rãscha is affe
ctus mentis, quum
homo persequitur
id quod semel iux
ta affectum carnis
placet, nec potest
ulla sana ratione
nec dei lege ab in
stituto reuocari,
quo minus perti
naciter & præfra
ctè pergat, uulgo
impietas dicitur.
^b alij sedula.

^cuel, dedecorosa,

Qui diligit castigationem, diligit
scientiã: qui uero correptionem
odit, obbrutescit.

† Bonus proliciet fauorem a **D O M I**
N O, sed uir scelestus ^aimpietatis conde
mnabitur.

Gene. 4.

Nemo cum impietate firmus erit, ra
dix autem iustorum non mouebitur.

Mulier uirtutibus ^bprædita, corona est
mariti sui: mulier uero ^cpudefaciens, est
ceu tabo in ossibus eius.

Cogitationes iustorum iudicia sunt,
impiorum autem consilia fraudulenta.

† Verba impiorum insidiantur sanguini ^{Suf. e. f.}
ni, os autem iustorum liberat eos.

Euertentur

Psal. 36.

†^dEuertentur impij ut nusquam sint, domus autem iustorum perdurat.

^dEb. Vertere impios.

Quisq; iuxta prudentiam suam laudari debet, qui autem corde diuariat, pudefiet.

Ecclesi 10.

†^eObscurus homo qui sibi laborat, praestat glorioso qui pane indiget.

^euel, Homo humilis qui facit suum officium.

Agnoscit ^fiustus animam iumentum sui, impiorum autem ^guiscera crudelia sunt.

^f hoc est, Nouit quomodo utendum iumentis: aut, iustorum suorum rationem habet.

Ecclesi 20.

Prou. 28.

† Qui agrum suum colit, satur erit panum: qui autem perditos sectatur, excors est.

^guel, affectus impiorum scilicet.

Qui impietatem desiderat, ^hmalum uenatur: at iustorum ⁱradix ferax est.

^hAlij: data opera impius malum uenatur.

Transgressione labiorum irretitur malus, iustus autem ex angustijs euadit.

ⁱEbr. radix iustorum dabit.

Quisq; & pro oris fructu bonis fruetur, & pro operis sui ratione donabitur.

Via stulti recta est in oculis suis, at sapiens consilium audit.

1. Reg. 10

2. Reg. 16

Stultus eo die quo ^kirritatur, cognoscetur: ^lat cautus iniuriam dissimulat.

^k Stultus statim prodit iram suam data occasione.

Qui bona fide loquitur, iustitiam indicat: mendax uero testis, fallit.

Temere effutire, perinde est atq; gladio perfodere: at sapientum lingua salubris est.

Verax labium ^lfirmum est semper: mendax uero lingua in momento [uariat.]

^l Qui uera loquitur, semper sui similis est.

Dolus est in corde eorum qui machi-

SENTENTIAE

nantur malum, & gaudium comitatur
eos qui pacata consulunt.

Iusto nulla impendet iniquitas, at im-
pij malis obruentur.

† Labia mendacia abominatur D O, Prou. 6.
M I N V S, qui autem ueritati studet, fa-
uorem habet^m eius.

^m Eius, scilicet
D O M I N I.

Vir cautus dissimulat scientiam, at cor
stultorum deprædicat stultitiam.

Sedulorū manus primas obtinet, sed
fraudulenta sub tributo erit.

† Sollicitudo quæ est in corde uiri, deij Prou. 15.
cit eum, at uerbū bonū exhilarat ipsum. 17.

ⁿ Alij legunt: Su-
perstes erit iustus.

† Præstantior erit iustus proximo suo,
uia autem impiorum seducit eos.

^o Non diu aut feli-
citer fruetur par-
tis.

Non aduret fraudulentus^o uenationē
suam, † substantia autem hominis seduli 1. Tim. 6.
pretiosa est.

^a Sic exposui ad
uerbum, ostēditur
effectus paternæ
disciplinæ, ut sit
Metonymia: Ex
disciplina patris
euadit filius sapi-
ens. Alij (audit)
subintelligunt in
priori parte.

In semita iustitiæ uita est, & hæc ipsa
ad mortem nequaquam ducet.

CAPVT XIII.

Sapiens^a filius est disciplina patris, in-
risor non audit increpationem.

^a Si quis sapiens
est, intelligitur eū
fuisse in disciplina
patris.

De fructu oris sui quisq; bonum
comedet, anima autem præuaricatorum
uiolentiam.

^b Alij legunt, Ani-
ma ignauorū auet
& non auet.

† Qui os suum custodit, custodit uitam Prou. 12.
suam: qui autē labia sua laxat, terrebitur. 21.

† Animus^b ignauorum auet, & nihil Prou. 6.
[habet]

[habet,] anima uero sedulorum impinguabitur.

Verbum mendax odit iustus, at impius probro afficit & pudefacit.

Iustitia obseruat uiam inegram, impietas autem deflectit ad peccandum.

Est qui sese diuitem simulat, quum tamen omnino nihil habeat: est rursus qui fingit se pauperē, quum opibus abundet.

Iob 2. † Diuitiē redimunt uiro uitam suam, at pauper increpationem non audit.

Prou. 24. Lux iustorum gaudium [adfert,] † lucerna autem impiorum extinguetur.

Arrogans temeritas nihil quā rixas excitat, at cum consultis est sapientia.

Opes cum suauitate imminuuntur, quod uero congregat quis manu, auge scit.

Expectatio dilata cruciat cor, quum uero id uenit quod desideratur, ceu lignū uitæ est.

Matt. 24. † Qui rem cōtemnit, damnū capiet: qui autem præceptum timet, huic rependetur.

Prou. 14. † Lex sapientis est fons uitæ, ut recedatur à laqueis mortis.

Bonus intellectus gratiam conciliat, at uia præuaricatorum dura est.

Cautus omnia scite facit, stultus autem stultitiam prodit.

c Aut: Iustus odit res peruersas.

d uel, peccatū subuertit impietatem, id est impios. Metonymia.

e Alij sic, Sunt qui in penuria rerū omnium diuites esse sciunt, sunt qui cum immensis opibus egeant.

f Nullū bonū temporariū, quod non malū suum adiunctum habeat: rursus, nullum temporariū malū, quod non habeat suam dulcedinem.

g partæ scilicet, aut mendacijs.

h Manu, id est labore.

i Posset etiā legi: Qui uerbū dei, scilicet contemnit.

k Alij legunt: Lex sapienti est fons: alij, Lex sapiens, sed intelligitur lex dei: omnis enim sapiētia à deo est.

SENTENTIAE

Legatus infidus corruet in malum, fidus autem legatus salutaris est.

Egestas & ignominia eum [comitatur] qui se disciplinae subtrahit: et qui audit, obseruat increpationem, honore adficietur.

Quum id adest quod desideratur, animus oblectat: stulti autem auersantur eum qui à scelere recedit. Sap. 2.

¹ Alij, q̄ pascit stultos, aut qui eisdē pascuis cum illis utitur.

² suple Dominus.

Qui cum sapientibus uersatur, sapiens redditur: qui cum stultis amicitiam iungit, malo adficietur.

† Malum insectatur peccatores, iustis autem bonum ³rependet. Matt. 25.

Bonū [scilicet] quod ad nepotes suos transmittent, & opes peccatoris iusto reponuntur.

Plurimū cibi est in nouali pauperum, ubi uero non agitur cum iudicio, inopia est.

† Qui abstinet uirgā suam, odit filium suum: qui uero eum amat, mature disciplinam adhibet. Ecclesi 30. Prou. 23.

Iustus comedit, & satur fit anima eius: uenter autem impiorum eget.

CAP. XIII.

⁴ Eb. Sapientiae mulierum.

Sapiens ^a mulier ædificat domū suam, stulta uero manib. suis euertit eam.

Qui timet **D O M I N U M**, recte ambulat:

ambulat: qui ^b contemnit eum, à uia eius discedit.

^b uel: Ambulans in rectitudine sua, timet dominum, qui abstrahitur à uia eius, despicit eum.

In ore stulti baculus superbię, labia autem sapientum seruant eos.

Vel, negligit eum qui à uis eius discedit.

Vbi res abest, causam effici entem abesse oportet.

Vbi nō sunt boues, præsepe *mūdum est: sed uber prouentus, ubi armēti uis est.

*Mūdū pro uacuum.

Testis uerax non mentietur, falsus testis euomit mendacia.

Illusor quærit sapientiam, sed non [inuenit:] qui autem iudicio pollet, huic obuia est scientia.

Vade à facie hominis stulti, in quo nō animaduertis labia scientiæ.

Sapientia ^c cauti est intelligere uiam suam, stultitia autem stultorum dolus.

^c Arum frequēter hoc in libro pro cauto et solerti accipitur, aliās in malam partē pro callido ac astuto.

Stulti excusant delictum, sed inter reos est ^d beneplacitum.

^d beneplacitū scilicet domini: alij aliter legunt, stulti ridēt delictum: uel, delictum facis stultos oratores.

Cor nouit amaritudinem animæ suę, & in gaudio eius nihil alienum se immiscet.

*Dominus scilicet.

Domus impiorū delebitur, tentorium autem rectorum florere *faciet.

† Est quæ recta homini uia, cuius terminus postremum iter est ad mortem.

Etiā in risu dolet cor, & finis gaudij est tristitia.

De uis ^e suis satiabitur cor peruersum, & de ijs quoq; uir bonus.

^e Quisq; & malus et bonus uis suis satiabitur: uel, bonus à uis malis cedit.

† Simplex omni sermoni credit, at cautus prudenter disponit gressus suos.

C

Deut. 12.
Prou. 16.

Ephes. 4.
Matt. 24.

25.

30.
23.

S E N T E N T I A E

¶ Alij. Stultus pergit cōfidenter: uel stultus præceps est & incautus, stultus ira fremēs securus est.
 § Eb. breuis narius.
 ¶ uel, uir cōsultus odit scilicet stultitiam: uel, uir prospiciens odio habetur.

Sapiens timet, et recedit à malo: at stultus quum est transgressus, confidens est.

¶ Iracundus designat stultitiam, qui autem circumspectus est, ^haliter agit.

Imperiti hæreditario possident stultitiam, solertes uero coronat scientia.

Incuruantur mali coram bonis, & impij ante portas iusti.

† Etiam socio suo odio est pauper, diuitum amici multi sunt.

Qui proximum suum contemnit, peccat: † qui autē ad afflictis benigne facit, beatus est.

An non errant qui malum machinantur? at benigne & fideliter agetur cū his qui bonum moliuntur.

In omni labore abundantia est, at uerba laborum duntaxat ad egestatem [faciunt.]

Diuitiæ ornamento sunt sapiētibus, stultitia autem stultorum stultitia est.

Verax testis liberat animas, at testis dolosus efflat mendacia.

In timore D O M I N I forte est asy- lum, & filij quoq; eius erit perfugium.

† Timor D O M I N I uena est uitæ, ad uitandos laqueos mortis.

† In multitudine populi magnificētia regis est, ubi uero nullus est populus, formidat princeps.

Prou. 19.

Psal. 40.

Interrogatione affirmat.

Prou. 15.

3. Reg. 4.

Lon

Longanimis multæ est intelligentiæ,
 iracundus autem excitat stultitiam.

Ecclesi 30.

† Vita carnis, est cor sanans : zelus au-
 tem, ossium tabo est.

Prou. 17.
 Matt. 25.

† Vim faciens tenui, probro afficit fa-
 ctorem eius: qui autem pauperi benefa-
 cit, honore eum afficit.

Leui. 26.
 Prou. 28.

† Impius in malitia sua propelletur, iu-
 stus autem in morte sua sperat.

In animo intelligentis residet sapien-
 tia, & in medio stultorum sese prodit.

Iustitia exaltat gentem, beneficentia
 autem est populis expiatorium sacrifi-
 cium.

Placet regi seruus prudens, at ignomi-
 niosus iram eius accendit.

CAPVT XV.

Iud. 4.
 Prou. 15.
 25.
 3. Re. 12

Mitis responsio auertit iram, * ser-
 mo autem asper ^a bilem mouet.

Lingua sapientium apte & com-
 mode utitur scientia, os uero stultorum
 ebullit stultitiam.

In omni loco oculi DOMINI con-
 templantur malos & bonos.

Sanans lingua lignum est uitæ, at ea
 in qua peruersitas est, ^b corruptum ani-
 mum [arguit.]

Stulti
 sunt qui
 corripi
 nolunt.

Stultus respuit castigationem patris sui,
 qui uero correptionem obseruat, prudens
 euadit.

i Eb. cognoscetur
 uel innotescet.
 k Alij, hesed pro
 scelere exponunt,
 scelus autem euer-
 tit, & c. Ignominia
 quæ populo usu-
 uenit, ex peccato
 est.
 l uel, sacrificium
 pro peccato.
 a Eb. Nasum facit
 ascendere Meta-
 phorica loquutio
 ne ad iram concio-
 tare, bilem in na-
 sum concire, ut
 Plautus inquit.
 Nasum exasperat,
 Das würmse
 in die nasen bring-
 gen.
 b uel, est cōtritiō
 spiritus, uel corru-
 ptio in spiritu. A-
 lij intelligunt q̄ pec-
 uersa lingua ani-
 mū quoq̄ inficiat
 ac corrumpat, ut
 Paulus ait: Corru-
 punt bonos mo-
 res colloquia pra-
 ua.

SENTENTIAE

- †** In domo iusti thesauri multi sunt, at **Tob. 4.**
in prouentibus impij ^c perturbatio.
† Labia sapientum ^d serunt scientiam, cor
autem stultorum non est solidum.
† Sacrificium impiorum abominatur **Esa. 66. 2**
DOMINVS, oratio autem rectorum **Horret**
gratissima est ei. **deus im-**
† Impij uiam abominatur **DOMI-** **piorum sa-**
NVS, at sectantem iustitiam diligit. **crificia.**
† Desertorem ^e semitae castigatio grauis **Psal. 50.**
[manet,] & qui correptionem odit, mo-
rietur.
† Inferi & perditio coram **DOMINO**
[sunt,] quanto magis pectora filiorum
hominum?
† Illusor non amat corripientem se, nec **Sap. 2.**
uersatur cum sapientibus. **Non ferunt**
***Lætum cor exhilarat uultum, at in mœ-** **contumaces casti-**
rore cordis languescit spiritus. **gationem.**
† Cor intelligentis quaerit scientiam, ***Pro. 12.**
OS **17.**
autem stultorum pascitur stultitia. **Eccli 30.**
† Omnes dies afflicti [hominis] mali
sunt, cor autem lætum iuge conuiuium est.
† Melior est tenuitas cum timore **DOMI-** **Prou. 16.**
MINI, quam thesaurus ingens in quo **Psal. 36.**
est tumultus. **1. Tim. 6.**
† Præstat cœnula ex olusculo cum ami-
citiis, boui saginato cum odio.
† Vir iracundus excitat cōtentionem, **Prou. 15.**
at **†** longanimis sedat litem. **Via**
- †** ^e perturbatio est
domus, hoc est,
perditio.
^d Alij legunt, spar-
gunt scientiam, cor
autem stultorum non
est idem.
- ^e uel sic, Disciplina
ei homini gra-
uis & ingrata est,
qui uiam rectam
deserit.
- ^f uel, ad sapientes
non accedit.
- ^g Ebr. longis na-
ribus.

Via pigri uelut sentibus obsita squalet,
uia autem rectorum complanata est.

Pro. 10. † Filius sapiens exhilarat patrem, ho-
mo autē stultus pudefacit matrem suam.

Vecors stultitia gaudet, uir autem qui
recte institutus est recte incedit.

‡ Frustrantur cogitationes in quibus
non est consilium, at in multitudine con-
siliariorum ⁱ firma stat.

^h Aut, Frustra sunt
cōsilia, si nō clam
seruantur.

ⁱ res scilicet, uel
negotius aliquod.

Gaudet quisq; in responsione oris sui,
at sermo suo prolatus tempore quātum
bonum?

Via uitæ sursum ducit prudentem, ut
deflectat ab inferis qui deorsum sunt.

Domum superborum demolitur **D O-**
M I N V S, sed uiduæ terminum firmat.

Abominatur **D O M I N V S** cōsilia
praua, mundorum autem sermones iu-
cundi sunt.

Perturbat domum suam qui auaritiæ
inhiet: qui uero dona odit, uiuet.

Cor iusti meditatatur quod respondeat,
os uero impiorum effutit mala.

Procul abest **D O M I N V S** ab impijs,
at iustorum preces exaudit.

Lux oculorum exhilarat cor, at fama
bona saginat ossa.

Auris quæ increpationi uiuificæ ob-
temperat, inter sapientes uersabitur.

Qui negligit disciplinam, aspernatur

SENTENTIAE

animã suam: qui uero obiurgationi obtemperat, cor comparabit.

CAPVT XVI.

TImor DOMINI est disciplina sapientiae, & ante gloriam est deiectio.

Hominis est disponere cor, à DOMINO autem est responsio linguæ.

† Homini omnes uiae suae mundae uidentur in oculis suis, * DOMINVS autem disponit spiritus. Prou. 21.
*Psal. 32.

† Deuolue ad DOMINVM opera tua, & consilia tua firmabuntur. Psal. 36.
Iob 13.

Omnia operatur DOMINVS propter se, impium quoque ad diem malum.

Abominatur DOMINVS quotquot superbi sunt corde, etiã manus manui iuncta, non erit exfors mali.

† Beneficentia & fide expiatur iniquitas, & in timore DOMINI receditur à malo. Luc. 22.

Dum hominis uiae gratæ sunt DOMINO, hostes quoque eius conciliat ei.

† Pusillum quod cum iustitia [possides] præstat immensis prouentibus inique partis. Prou. 15.

Cor hominis deliberat de uia sua,

† DOMINVS autem dirigit gressum eius. Pro. 3. 19.

^aDiuinat rex labijs suis, hoc est, diuina quædam loqui debet.

^aOracula sunt quæ de labijs regis procedunt

cedunt dum pronunciat, ne ergo praua
ricetur os eius.

Prou. 11.
20.

† Statera, bilanx, iudicium **DOMINI**
sunt, ^b omnia pondera opus eius sunt.

^b Eb. Lapidēs fa-
culi, nā olim lapi-
des pondera erāt,
qui reponebantur
in saculos.

Impietatem designare abominādum
esse debet regibus, iustitia enim soliū ful-
tum esse oportet.

Placent regibus labia iusta, & recta lo-
quentem amant.

Ira regis mortis est nunciū, sapiens au-
tem placare illam poterit.

Serenus uultus regis uita est, & gratia
illius uelut nubes imbris serotini.

Prou. 8.

† Possidere sapientiam multo præstan-
tius est auro puro puro, & intelligentiam
possidere, præstantius argento electo.

Semitæ rectorum, est discedere à ma-
lo: & qui custodit uiam suam, custodit a-
nimam suam.

Præit comminutionem fastus, & an-
teit ruinam superbia ^c animi.

^c uel, spiritus elat-
tus.

Melius est deijci animo cum humili-
bus, quàm prædam partiri cum elatis.

Prudenter tractans rem, reperiet bona:

Psal. 2.

Eloquen-
tia iuncta
sapientie
gratior
est & uti-
lior.

† qui autē **DOMINO** fidit, beatus est.

Qui sapiens habet cor, uocatur pru-
dens: suauitas autem labiorum ^d commen-
datiorem reddit doctrinam.

^d Eb. addet doctri-
nam.

Intellectus uena est uitæ ei qui habet,
stultorum disciplina stultitia est.

SENTENTIAE

Sapientis pectus os illius prudenter moderatur, & labijs eius addit doctrinā.

Fauus mellis est amœnus sermo, animi dulcor, & ossium medela.

† Est uia quæ homini recta uidetur, cuius finis uia est ad mortem. Prou. 14.
Isa. 55.

¶ Napheseth p̄ homine exposui. Alij sic legunt, Inquietus animus molestiam sibi, uel proprio ore conciliat, ut det poenas stultitiae os futile.

Homo laborans laborat sibi, quoniam cogit eum os suum.

Vir Belial effodit malum, & labia eius uelut ignis accensus.

¶ uel, duces distungit, dissipat.

Vir peruersus occasiones cōtentionis iniicit, et delator sepe inter magnates diffidia concitat.

Homo uiolentus decipit proximum suum, ducitq; eum per uia haud bonam.

Qui oculos suos obfirmat, aliquid peruersum statuit: qui uero labra contrahit, malum perfecit.

† Senectus, si eam in uia iustitiae reperias, corona ornatissima est. Leuit. 19.

Longanimis forti praestat, & qui animo suo imperat, ei qui expugnat urbes. Fortior est qui se, q̄ qui fortissima castra, uincit.

In finem deiiciuntur sortes, at omnē iudicium earum pender à DOMINO. Eccli 10.

CAPVT XVII.

Melius est siccū frustum cum tranquillitate, quàm domus plena mactatis [pecoribus,] cum cōtentione. Eccli 10.

Seruus cordatus imperabit filiofamilias

lias dedecoroso, & inter fratres hæredita-
tem diuidet.

2. Pet. 2.

† Vt excoctor argentum, & fornax au-
rum, ita explorat corda DOMINVS.

Malus auscultat labio iniquo, mēdax
obsequitur perniciosæ linguæ.

Prou. 14.

† Qui pauperi illudit, probro afficit fa-
ctorem eius: * & qui gaudet de pernicie

* Iob 31.

Prou. 24.

[^aalterius,] non feret impune.

^a uel, pauperis.

Corona senum filij filiorum sunt, &
decus liberorum sunt patres ipsorum.

Non decet stultum magnificus ^bser-
mo, multo minus principem sermo men-
dax.

^b Labiū utrobique
pro sermone.

Grata gemma est munus in oculis eo-
rum qui ipsum possident, ad quencunq;
uerterit, ^c prudentem efficiet.

Prou. 10.

81.

† Qui quærit amicitia, dissimulat præ-
uaricationem: qui uariat uerba, magna-
tes dissociat.

^c Alij legūt, in fa-
tuabit: alij, feliciter
rem geret.

Cordatū plus terret obiurgatio, quàm
centum plagæ stultum.

Rebellis ^dduntaxat malū quærit, hinc
crudelis nuncius mittetur contra eum.

^d Alij uerso ordi-
ne legunt, Malus
duntaxat rebellio-
nem quærit.

Satius est uirum occurrere ursæ orbe,
quàm stulto in stultitia sua.

^e Eb. Aperiens a-
quas initiū cōten-
tionis. Ex paruis
initijs sepe magna
mala oriuntur, ut
si quis aggere per-
rupto, aquis tran-
situm aperit.

1. Re. 24.

26.

2. Re. 12.

† Qui malum pro bono reddit, de il-
lius domo nunquam recedet malum.

Vt qui ^eaquis aperit, sic qui primū oc-
casionem litigandi dat, antequā lis com-

S E N T E N T I A E

sceatur, abijcienda est.

† Ex æquo abominatur D O M I N U S ^{Isa. 5.}
tam eum qui scelestū absoluit, quam qui
insontem damnat.

Quorsum stulto pretiū in manu, qui
ne pectus quidem habet, nec sapientiam
ad acquirendum?

Omni tempore diligit amicus, & fra-
ter in aduersitate tandem nascitur.

† Qui stipulata manu pro proximo si ^{Pro. 6. 12}
deiusfor spondet, imprudens est.

Qui diligit præuaricationem, diligit ri-
xam: & qui ostium suum exaltat, quærit
contritionem.

Qui peruersus est corde, non inueniet
bonum: peruersus autem lingua sua ca-
det in malum.

Qui generat stultū, sibi mœrorem [ac-
cerit,] nec gaudebit pater stulti.

† Cor lætū bonam facit ualetudinem, ^{Prou. 17.}
mens autem tristis exhaurit ossa. ^{25.}
^{Eccli 30.}

Munus è sinu impius accipit, ut depra-
uet semitas iudicij.

Ipse uultus ^f prudentis [præ se fert] sa-
pientiā, oculi autem stultorum fines ter-
ræ [peruagantur.]

† Filius stultus patri suo dolorem, & ^{Prou. 19.}
matri suæ mœrorem [adfert.]

Adfligere iustum, non bonum est: nec ^{Liptotes}
percutere principes ob æquitatem.

Qui

^f uel, Coram pru-
dente est sapiētia.
Hoc est, qui disces-
re uult, semper ha-
bet quod discat:
stulti trans mare
currunt, nec inue-
niūt præceptorem
qui placeat. Alia
sententiā dicit re-
lucere sapiētiā in
ultu sapientis.

Iaco. 1.

† Qui uerbis s̄ parcat, gnarus ac peritus est, & b̄ nobili spiritu est uir intelligens.

Iob 13.

† Stultus quoq; si fileat, sapiens reputatur, & prudens si labijs imperet.

CAPVT XVIII.

AD desiderium quæret separatus, in omni essentia immiscet se.

Suū cuiq; pulchrū.

Stultus non delectatur intelligentia, sed in his duntaxat quæ corde suo uolutat.

Quum uenit impietas, uenit & cōtemptus, & cum ignominia probrum.

Verba oris e uiri uelut d̄ profunda aquæ sunt, & fons sapientiæ uelut uberri- mum flumen.

Prou. 24.

† Susplicere personam impij, non est bonum, ut iustum in iudicio deñcias.

Labia stulti ueniūt in litem, & os eius ad pugnas prouocat.

Os stulti sibi terrori est, & labia eius laqueus animæ eius.

f̄ aut eius qui sese occultit. Obscuritate parit uerbū hanc lam uel laham.

Verba susurrionis sunt ac f̄ eius qui se percussum simulat, sed intima uentris penetrant.

Qui friget in opere suo, frater eius est qui dissipat.

SEb. Exaltatur, uel defensus est.

Turris fortissima est nomen DOMINI, quo cū currit iustus, s̄ extra telorum iactum est.

uel, Qui peritus est, moderatur sermonem.

h Alij legunt, frigidus spiritu longanimo.

a Versus primus ualde obscurus est propter breuitatē, ideoq; uarie expositus.

Qui propensius est ad ferenda dissidia, is in quire inuenit qd calumnietur.

Vel, Cui uoluptas est dissensionem concitare, is captat ubiq; rixæ occasionem.

Sensus esse uideatur, Qui se animo ab alijs separat, in omnibus affectum suū secutus, is cunctis rebus uel solis dissimilis se immiscet, captans occasionem ab alijs dissentiendi.

b uel sic, nisi & hæc reuelet quæ corde suo habet.

c Viri, subintelligunt prudentis aut sapientis, non cuiusq;.

d uel, quæ in ualle defluunt.

e Bb. Accipere personā impij non est bonum, ad declinandum iustum in iudicio.

S E N T E N T I A E

At diues fingit sibi opes suas urbis fortissimæ, ac muri altissimi loco esse.

† Ante comminutionem eleuatur cor Prou. 16.
hominis, & anteit gloriam delectio.

† Qui respondet priusquam audierit, Eccli 11.
stultitiæ hoc sibi & ignominia [datur.]

h Mens uirilís,
Ebr. spiritus uiri.

h Mens uiro [digna] ualitudinẽ eius
leuat, mentem autem adfectam passionibus
quis leuabit?

Cor prudens scientiam parat, & auris
sapientum studet cognitioni.

Donũ hominis dilatat ei, & requiem
parat ei coram magnatibus.

† Varie exponunt
hunc uersum, uide-
tur tamen dicere,
iustũ sese primum
accusare, tum ope-
ram dare ut alij e-
mendentur.

Iustus primus est in lite sua, quum ue-
nit proximus eius, scrutatur eum.

Sors sedat contentiones, & præduros
componit.

Frater si perfide deseritur [ira fit uehe-
mentior] quàm ciuitas fortissima, & con-
tentio ut repagulum arcis.

De fructu oris quisq; uentrem suum
satiabit, satiabitur quoq; de prouentu la-
biorum suorum.

Mors & uita in linguæ potestate sunt:
& qui diligunt eam, fructu eius fruuntur.

† Qui inuenit uxorem, rem bonam in-
uenit, fauorem à D O M I N O impe-
trauit. Prou. 19.
31.

Suplex orat pauper, diues autem dure
respondet.

Vir

SOLOMONIS.

Vir aptus amicitie, & cui cordi est amicitiam colere, plus amat & firmitus hæret quam frater.

CAPVT XIX.

Prou. 28.

Melior est pauper qui ambulat in integritate sua, q̄ qui praua labia habet, & stultus est.

Neg; bene habet animus imperitus, ut qui festinat & pedibus offendit.

Stultitia uiam hominis deprauat, ut cōtra DOMINVM irascatur cor eius.

Prou. 14.

†Opes multos parāt amicos, pauper uero etiam ab amicis deseritur.

Deut. 19.

†Testis mendax non impune feret, & qui euomit mendacia, non euadet.

Prou. 21.

24. 25.

Ante faciem munifici multi rogant, et nemo non se sociat largitori munerum.

Omnes fratres pauperis eum odiūt, quanto magis sodales eius longe ab eo discedunt? uerba persequens quæ non sunt.

Qui^b cordatus est, diligit animã suam: qui prudentiã obseruat, inueniet bonũ.

Prou. 19.

†Mendax testis non impune feret, & qui euomit mendacia, peribit.

Voluptas stultum non decet, quanto minus seruum imperitare principibus?

Prudens homo differt iram suam, & delicta dissimulando maior ac maior fit.

Prou. 28.

†Ceui fremitus leonis est ira regis, gra

a Admodũ obsecrus est finis huius uersus. Quidam legunt, Rogāt amici, sed non audiūt: quidã, credēs uerbis fallitur. Sed uñ detur is persequi multa uerba, qui fratrem pauperem deserit, ut sese excuset, & nihil det. Vel, Amicus desertus multis utitur uerbis, quibus tamen nihil efficit aut impetrat. DEB. qui cor possidet. c Ea delicta scilicet, seu trãsgressiones quæ contra ipsum fiunt.

S E N T E N T I A E

tia autem illius tanquam ros in herba.

† Calamitas patris est filius stultus, *uxor autem rixosa, ceu tectum iugiter perstillans.

Psal. 17.
*Pro. 27.

Domus ac res paterna hæreditate [obueniunt,] à DOMINO autem prudēs Tuxor.

Diffimile
Prou. 13.

Pigritia soporem parit, & animus dolis [asuetus] fame laborabit.

Qui præceptū seruat, seruat animam suam: & qui uias suas despicit, morietur.

† DOMINO fœnerat quisquis benefacit pauperi, secundum beneficium eius rependetur ei.

Psal. 111.

d dum spes est, scilicet fore ut corrigatur.
e Alij legunt, ad clamorem eius ne mouearis animo.

Castiga filium tuum dum spes super est: at e ut eum occidas, animum tuum ne inducito.

Modus seruandus in castigatione liberorū: qd fieri semel non poterit, paulatim fiat.

Si nimium seuerus fueris, damnū accipies: si liberas, rursus adde.

Audi consilium, & castigationem amplectere, tandemq; sapiēs.

† Multę cogitationes sunt in corde hominis, at consiliū DOMINI firmū est.

Prou. 16.

Volupe sit homini benefacere, melior est uir pauper homine negante.

Timor DOMINI [adfert] uitā, exaturat, & sic commorari facit, ut malum nullum ingruat.

† Piger manum suam in patinā inserit, nec eam ad os suum retrahit.

Prou. 26.

f Eb. surgit.
g Huc spectet desiderium hominis ut benefaciat: & melius est pauperem esse q̄ negare.
h Ebr. pernoctat, nec uisitabitur in malo.
i Alij, Piger abscondit manum in sinum.

Illu

Prou. 21. † Illusorem si percutias, imperitus cauti-
or euadet: prudentem si corripias, intel-
liget scientiam.

Qui patri damnum dat, & matrem ex-
pellit, dedecorosus est filius & ignomi-
niosus.

Desine fili mi audire ^hdisciplinā a uer-
bis scientiæ seducentem.

Testis Beliaal ^linterpretabitur iudici-
um, & os impiorū deuorat iniquitatem.

^mIllusoribus parata sunt iudicia, & ui-
bices tergo stultorum.

CAPVT XX.

3. Esd. 3.
Ephes. 5. **L**udicra tres est ^auinum, tumultuosa
ebrietas: quicumq; in hoc errat, nun-
quam sapiet.

Prou. 24. † Terror regis est perinde ut rugitus
leonis: qui ^billum prouocat ad iram, pec-
cat contra animam suam.

Gloria homini est, desistere a lite: quis-
quis sese [illis] miscet, stultus est.

Præ frigore non arat piger, sed men-
dicans in messe, nihil [auferet.]

Velut aqua profunda est consilium in
corde uiri, at uir intelligens eliciet illud.

^cPlerunq; homines deprædicant eum
qui eis benefacit, at uirum fidum quis in-
ueniet?

Psal. 36. † Iustus ambulat in sua integritate, li-
beri eius post ipsum beati.

^k Musar abusu
pro falsa doctrina.

^l Malitiose aut p
suo arbitrio inter-
pretabitur leges.
Alij legunt, ridet
iudicium.

^m Alij letz & les
tzim, pro contus-
macib. exponūt,
Latzöpff.

^a Vinū ludicrum
dicitur ab effectu,
ebrij enim multa
risu digna cōmit-
tunt.

^b Seu, qui trans-
greditur.

^c Vel, Pleriq; ho-
mines deprædicant
quicq; eum qui eū
benefacit, at fidū
quis inueniet? hoc
est, gratum & quē
rependat. Vel sic,
Multi nolunt dici
benefici, sed fide
non præstāt quod
dicuntur, parū suo
nomini responden-
tes.

SENTENTIAE

Rex sedens in solio iudicij, dissipat omne malum ^ointuendo.

^dEbr. oculis suis, hoc est, cura, inspectione.

† Quis dicet, Mundū est cor meum? purus sum à peccato meo?

1. Ioan. 1.
Interrogatione uehementer negat.

^eEb. Ad uerbum, Lapis & lapis, epha & epha, abominatio sunt ista ambo coram domino.

† Diuerso ^epōdere uti, aut diuersa mensura, ambo hæc detestatur **DOMINVS**.

Prou. 20.
*Pro. 22.

† Alij legunt, simulat se alienum.

* Puer etiam ex studijs suis ^fdeprehenditur, an purum & rectum futurum sit opus eius.

Auris auditum & oculi uisum, ambo hæc fecit **DOMINVS**.

Ne diligas somnum, ne ad egestatem adigaris : aperi oculos tuos, ut satieris pane.

^g Alij legunt, quū amiserit, tum laudat.

Malum est, malū est ait qui emit : quū suero abit sibi, tum laudat.

^h labia scientiæ.
† Alij sic legūt, Eripe uestem ei qui pro altero spōdet, quod se pro alieno pignore obstrinxit.

Os ^hscitum, auro, gemmis ac pretiosis uasis pretiosius est.

† Si alienus ^hsponderit, eripe uestem eius, ut pro extraneo sit pignus eius.

Pro. 6. 27

Dulcis est homini panis fraude paratus, at tādē os eius scrupulis implebitur.

† Cogitationes consilio disponuntur, consilijs gere bellum.

Prou. 24.

^k Rachil proprie mercatorem significat, sed pro susurrone aut delatore hic capitur.

Ne in eas amicitiam cum eo qui secretum reuelat, aut qui [ut] ^hmercator circuit, & blandiloquus est.

† Qui maledicit patri suo aut matri suæ, huius lucerna extinguetur in medijs tenebris.

Exod. 21.
Leui. 20.
21.

Hæreditas

Hæreditas præpropera principio, tandem non benedicetur.

Rom. 12. †Ne dicas, Rependam malum, sed expecta DOMINVM, is te saluabit.

Prou. 20. †DOMINVS auerfatur diuersum pondus, & bilanx dolosa non est bona.

Iere. 10. †Gressus uiri fortis à DOMINO, & mortalis quomodo intelligeret uiam suam? I suple pendet, uel diriguntur.

Laqueus est homini sanctum deuorare, & postea ad uota conuerti.

Dissipat impios rex sapiens, & rotam uertit super eos.

Lucerna DOMINI spiraculū hominis, penetrans omnia penetralia uentris.

Prou. 29. †Beneficentia & fides seruant regem, beneficentia suffulcitur solium eius.

Decus iuuenum est robur eorum, & honor senum canities.

Liuios uulneris absterfio sunt in aspero, & plagæ interiorum uentris.

CAP. XXI.

4. Reg. 1. **C**Or †regis est in manu DOMINI uelut riuus aquarum, quocumq; uolet, inclinat illud.

Prou. 16. †Sua cuiq; uia recta uidetur, DOMINVS autem corda dirigit.

Iustitiam facere & iudiciū, gratius est DOMINO quàm uictima.

D

n. 1.
oga
ched
er ne
20.
22.
24.
21.
20.

S E N T E N T I A E

a nouale impiorū
progerminat pec-
catū, nempe fastū
& cupiditatem in-
satiabilem.
b suple tendunt.

Altitudo oculorū, & dilatatio cordis,
nouale impiorum peccatum.

Cogitationes strenui duntaxat ad ^b a-
bundantiam, omnis autem p̄ceptus nihil
quā egestatem [assequitur.]

Qui thesauros colligit linguæ fraudu-
lencia, manus est & inconstans, mortemq̄
sibi accersit.

o Allij legunt, ter-
rebit eos. Gur.

† Damnum quod dant impij ad ipsos ^{Isa. 33.}
credibit, quia noluerunt facere quod æ-
quum & iustum est.

† Peruersi uiri uia aliena est, mundi au-
tem opus rectum. ^{Titum. 2.}

† Præstat habitare in pinna tecti, quā
cum muliere rixosa quæ partem ædium
habet. ^{Prou. 25.}

Animus impij cupidus est mali, nec in-
uenit proximus eius misericordiā coram
oculis eius.

† Dum multatur irrisor, imperitus cau-
tior fit: & cum prudēter agis cum sapien-
te, eruditionem accipit. ^{Prou. 19.}

Erudiat licet iustus impiam domum,
impij tamen ad scelus deflectunt.

† Qui obturat aurem suam ad clamo-
rem pauperis, clamabit & is, & non ex-
audietur. <sup>Isa. 47.
Mat. 13.
Luc. 16.</sup>

a restinguit repe-
tendum per zeus
gma.

Munus clandestinum restinguit iram,
& munus in sinum [receptum] furorem
uehementem.

Gaudet

Gaudet iustus facere quod æquum & iustum est, id quod horror est facinorosis.

Homo qui errat à uia prudentiæ, in cœtu mortuorum requiescet.

e Hoc est, cessabis.

Prou. 23.

† Vir tenuis qui lætitiæ, uino, & ungentis indulget, nunquam ditescet.

Prou. 11.

Punit ali-

quando

deus im-

pios, ut iu-

stis par-

cat, Iſa. 43

* Eccli 25.

† Impius expiat pro iusto, & præuicator pro rectis.

* Satius est in terra deserta uersari, quàm cum muliere rixosa & iracunda.

Thesaurus experibilis & oleum in habitaculo sapientis, stultus autem deuorat illum.

Qui iustitiam & beneficentiam sectatur, inueniet uitam, iustitiam & gloriam.

Fortium urbem expugnat sapiens, & robur quo fidunt deijcit.

f Eb. ascendit.

Prou. 12.

13. 21.

† Qui custodit os suum & linguam suam, custodit animam suam ab angustiis.

Petulans superbus, cuius nomen illuſor, per iram audax facinus designat.

Desiderium pigri interficit eum, manus enim eius renuunt laborare.

Tota die flagrat cupiditate, iustus autem largitur, nec parcit.

Prou. 15.

Ier. 7.

† Immolatio impiorum abominanda est, quanto magis si in scelere affert eam.

Prou. 19.

† Testis mendax peribit, & uir sauscularans perpetuo loquetur.

g uel, uir qui audit, constanter loquetur.

Obfirmat uir impius uultum suum,



SENTENTIAE

at rectus uias suas dirigit.

† Non est sapientia, non prudentia, neque consilium contra DOMINUM. [Isa. 8.46.]

Equus instruitur ad diem belli, à DOMINO autem [datur] salus.

CAPVT XII.

a Eb. Nomen pro existimatione & fama. Quidam Tob bonum & ad nomen, & ad gratiam referunt.

b uel, sibi mutuo occurrunt.

c Quidam de malo poenae exponunt.

d Alij legunt, finis, alij propter: nam ekeb hæc omnia significat. Quidam legunt: Finis humilitatis et timoris domini sunt diuitiae, gloria & uita.

e Imbue, institue. **f** uel, Qui seminat iniquitatem, iniquitatem metet uel inanitatem.

g Alij legunt, baculus transgressionis eius.

h Bonus oculus est liberalis, benignus, candidus: malus oculus, inuidus, infidus.

i Alij legunt, contumacem.

Fama + preferenda est magnis opibus, & gratia auro atque argento meliore est. Ecclesi 41.
Ecclesi 7.

Diues & pauper inter se conueniunt, cunctorum factor DOMINVS est.

Cautus uidet malum, & sese abscondit: simplices autem perumpunt & damnum accipiunt.

Præmium humilitatis est timor DOMINI, diuitiae, gloria & uita.

Sudes & laquei sunt in uia prauis, qui animam suam seruare uelit, procul fugiat ab eis.

† Initia puerum iuxta biuium uiae suae, à qua non recedet, etiam dum consenerit. Prou. 20.

Diues egenis imperat, & seruit obæratu foeneratori.

† Qui seminat iniquitatem, calamitatem metet, & sicut iræ eius perdet eum. Iob. 4.

† Benignus oculus benedictionem [nanciscetur,] tribuit enim de pane suo pauperi. Ecclesi 32.

† Eijce derisorem, & simul exhibit contentio, cessabitque lis & conuitium.

Rex

Rex amicus eius est, qui munditiam cordis diligit, & labiorum gratiam.

Oculi DOMINI obseruant scientiã, qui & præuaricatoris uerba subuertit.

Prou. 20. † Piger dicit, Leo [stat] foris, in medijs plateis interficiat.

Prou. 23. † Os ^hscorti profundus est hiatus, in quem cadet cui DOMINVS irascitur.

Stultitia colligata est in corde pueri, sed ferula castigatrix löge propellet eam ab illo.

Qui per iniuriam & uiolentiam opprimit pauperem, ut ditescat ipse, is dabit diuiti, & egebit.

Adcõmoda aurem tuam, & audi uerba sapientum, & appone cor tuum ad scientiam meam.

Iucunda enim est, si eam in ^luentrem tuum recondideris, aptabuntur simul in labijs tuis.

Vt sit in DOMINO fiducia tua, ostēdi tibi hodie.

An non præscripsi tibi ^mtrarios, decreta consiliorum & scientiæ?

Vt ostenderem tibi rectitudinem uerborum ueritatis, quo respondere posses uerba ueritatis his, qui ad te mittunt.

Ne diripias pauperem quod pauper sit, nec opprimas afflictum in ⁿporta.

DOMINVS enim illorum causam

^kEbr. Os alienarum: ponit autem alienã pro scorto, uel alienigenarũ.

^l Per uentrem interiora aut penetrabilia mentis intellige allegoricos. ^mschalischim uirũ heroes sunt, præstantissimi robore corporis, animi fortitudine, & peritia militari. Hic metaphorice præcipuis dogmatibus capi puto, ut supra in 8. cap. dicit, loquar negidim insignia et præcipua quædam. Et Osee 8. cap. Ribim præcipua quædã, magnifica, augusta, axiomata, autoritate plena, &c.

ⁿ in porta, id est in iudicio: hoc est, nec ui opprimas, nec iuris specie.

SENTENTIAE

defendendam suscipiet, & uim illis faciet,
qui animo illorum uim intulerunt.

Ne contrahas amicitiam cum homi- Ecclesi 8.
ne iracundo, & cum homine furioso ne
uerferis.

*Hebrae. ad uias
eius.*

Quo minus ad omnes illius asuescas,
capiasque offendiculum animae tuae.

Ne sis inter eos qui stipulata manu fi- Prou. 6.
11.17.
dem iubent, & pro debito obstringunt.

Cur enim committeres, ut si soluendo
non esses, lectus tuus subtus te auferretur?

Ne moueas loco perennes terminos, Prou. 27.
Prou. 23.
quos maiores tui constituerunt.

*In conspectu re-
gum stare, est ipsis
ministrare.*

Vides ut prompti ad gerendum nego-
tia in aulis regum ministrant, & non a-
pud priuatos aut obscuros.

CAPVT XXIII.

QUum accumbis ut cum principe Ne cibi
uoluptate
capiamur
Ecclesi 21.
comedas, aduerte prudenter quae
ante te posita sunt.

*Hoc est, tibi no-
cebis. Alij sic, Gu-
læ tuæ modum po-
ne: & si uis cõpos
tui permanere, ne
cõcupiscas cibos
eius.*

Si tu gulae tuae indulgere uoles, guttu-
ri tuo **cultrum* intentabis.

** uel spi-
nam.*

Noli desiderio cibi eius capi, nam ci-
bus fallax est.

† Ne allabores ut ditescas, cessa ab hac Ecclesi 27.
Iere. 17.
1. Tim. 6.
prudencia tua.

Nũ intenderes oculos tuos in id quod
[mox] non est: sumunt enim sibi alas [di-
uitiae,] & uelut aquila in aërem auolant.

Ne

Ne edas cibum ^binuidi, neq; desideres ^bEb. Malus ^coena
edulia eius. lo.

Nam intus in animo suo meretur, idq;
faciens dicit tibi: Ede & bibe, cor autem
eius non est tecum.

Buccellam tuam quam edisti, euomes,
& iucunda perdes uerba.

Ante aures stulti ne loquaris, conte
mnit enim prudentiam sermonū tuorū.

Prou. 22. Ne loco moueas terminos perennes,
& in agrum pupillorum ne introeas.

Nam uindex eorum fortis est, is cau
sam eorum defendendā suscipiet aduer
sus te.

^cAdcommoda cor tuum disciplinae, et ^cEb. Introduce
aures tuas uerbis scientiae.

Ne prohibeas à puero disciplinam, si
ferula percusseris eum, non morietur.

Verbera ergo eum ferula, animamq;
eius ab inferis eripies.

Fili mi si sapiens fuerit cor tuum, gau
debit quoq; cor meum.

Exultabūt deniq; renes mei, quum la
bia tua recta loquentur.

Prou. 24. †Ne æmuletur ^dcor tuum peccatores,
sed in timore DOMINI [persta] omni
tempore.

^d Hoc est, Ne tibi
doleat, ne te cru
ciet, si uideris pec
catores prospere
habere.

Quoniam ecce est tibi posteritas, & ex
pectatio tua non excindetur.

Tu ergo ausculta fili mi, & sape, ut ^cAlij, & dirige.

SENTENTIAE

tum sit in uia cor tuum.

Ne sis inter uini potatores & comessatores carnis.

† Nam potatores uini et comessatores Prou. 21. ad inopiam redigentur, & dormitatio lacris uestibus induet.

Audi patrem tuum qui te genuit, et ne contempnas matrem tuam cum conseruerit.

Veritatem, sapientiam, disciplinam & prudentiam compara, & ne uendas.

Supra modum exultabit pater iusti, & qui genuit sapientem lætabitur in eo.

Lætetur ergo pater tuus, exultet & mater tua quæ te peperit.

Mihi ergo fili mi da cor tuum, & placeant oculis tuis uia meæ.

¶ Eb. Aliena.

† Scortum enim est profunda fouea, et Prou. 22. puteus angustus meretrix.

Hæc etiam perinde, ut prædones solent, insidias struit, adiungitq[ue] [sibi] homines præuaricatores.

¶ Alij legunt, Vbi est uis.

Apud quem est uis? apud quem est dolor? apud quem contentiones? apud quem nugæ? apud quem uulnera sine causa? apud quem rubedo oculorum?

Quid nō ebrietas designat?

† Apud eos nimirū, qui uinum sectantur, apud eos qui ueniunt scrutatum ubi misceatur.

Subiectio Isa. 5.

Noli cōtemplari uinum quum rubet, &

& quum phiala colorem suum reddit, re-
 Etā^b procedentem.

ⁿ Eb. Ibi in plani-
 cie ingredientem.
 Ser glatt eynhin
 gadr.

Postremum enim eius uelut serpens
 mordet, & uelut aspis punget.

Videbis
 rem aliter
 q̄ habeat.

Si oculi tui spectabūtⁱ meretrices, iam
 pectus quoq; tuum peruersa^k cogitabit.

ⁱ Alij legūt, Si spe-
 ctas aliena, nam
 ebrios uisus fallit.
^k Eb. loquetur.
^l Hibel summa
 pars mali, ubi fu-
 nes colligantur.

Erisq; perinde ac si dormias in medio
 mari, aut iacens in summitate^l mali.

Mimesis
 ebriorū.

[Tum dices:] Percusserūt me, & non
 dolui: uerberarūt me, sed nō sensi. Quan-
 do expergiscar, rursus inquiram illud.

Prou. 23.

Ne æmuleris uiros malos, neq; cupias
 cum eis uersari,

Nam cor eorū perniciem meditatur, et
 calamitatem loquuntur labia eorum.

C A P. XXIII.

Sapientia ædificatur domus, & intelli-
 gentia absoluitur.

Scientia implentur penetralia, o-
 mnigenis opibus, raris & amœnis.

Prou. 20.

Vir sapiens & prudēs, uiribus pollen-
 te præstat.

Consilijs^a enim bella geruntur, & ui-
 ctoria multitudine consiliariorum [pa-
 ratur.]

^a Eb. Cōsilijs bel-
 la geres, & salus
 in multitudine.

Sapientia ardua res stulto, in porta non
 audet aperire os suum.

Qui nihil aliud cogitat q̄ malum per-
 petrare, uocabitur sceleratus uir.

Rom. 14.

†Facinus [hominis] stulti peccatū est.

D S

SENTENTIAE

& irrisorem abominantur homines.

† Si remiseris in ipso necessitatis articulo, angusta est fortitudo tua. Eccli 4.

† Libera eos qui ad mortem rapiuntur, & qui ad caedē ducuntur, neq; cesses. Psal. 37.
Eccli 4.

Nam si dixeris, Ecce ignorauimus illud. An non cordium artifex ipse intelligit? & b obseruator animę tuę ipse nouit? reddetq; homini iuxta opus suum?

b uel, factor animę tuę.

Mel comedis fili mi, quoniam bonum est, & fauum dulce palato tuo.

Sic erit cognitio sapiętię animę tuę, quam si inueneris, erit tibi posteritas, & expectatio tua non excindetur.

Ne insidieris impie habitaculo iusti, et ne uastes cubile eius.

† Iustus enim & si septies cadat, resurgit tamen, impij autem in malū corruūt. Psal. 33.
36.

† Cum lapsus fuerit inimicus tuus, ne læteris: quumq; impingit, ne exulter cor tuum. Prou. 17.

Ne DOMINVS uideat, & displiceat in oculis suis, auertatq; c iram suam ab ipso.

c Ne malū hostis in te recidat, ita disponente domino.

† Ne succenseas propter malos, neque æmuleris propter impios. Prou. 24.

d uel, malus nō habebit posteritatē.

Nam malo d tandem nihil supererit, lucerna impiorum extinguetur.

e Eb. cū alterantibus, hoc est, qui deficiētes à domino & rege rebelles & seditiosi sunt.

Time DOMINVM fili mi, & regem: cum his e qui rerum nouarum studiosi Lucerna felicitas & prosperitas.
† Iob 21.

dioli sunt, ne commisceare.

Subito enim consurget exitiū eorum,
& ruinam amborum quis nouit?

Quidā pu-
tāt hic no-
uas alios
rum gno-
mas inci-
pere.

Hæc quoq; sapientum sunt. Vel,

Etiam hæc sapientes præci-
piunt. Vel,

Etiam ista ad sapientes per-
tinent.

Prou. 18.

† Nosse personas in iudicio, non est
bonum.

f Potest esse lipto-
te, id est, est pessi-
mum.

Qui dicit impio, Iustus es, huic maledi-
cunt populi, hūc nationes detestabūtur.

Qui autē arguunt, grati sunt, uenietq;
super eos bona imprecatio.

g uel, benedictio
boni.

Si quis apte respondet, perinde est, ac
si labijs oscularetur.

h Eb. Labia oscu-
labitur, qui facit
redire uerba pla-
na. Amabilem se
reddit, qui plane
respondet.

Para foris opus tuū, & exerce agrum
tuum, & postea ædifica domum tuam.

Prou. 19.

Nō labijs
persuadē-
dum, sed
ueritate.

† Ne testeris temere contra proximum
tuum, num labijs tuis persuadebis?

*Prou. 20.

*Ne dicas, Faciā illi quemadmodum
fecit mihi, rependam cuiq; iuxta opus
suum.

Prou. 5.

† Agrum hominis pigri præterij, & ui-
neam hominis stulti.

Et ecce totum obruerant urticae, & fa-

SENTENTIAE

ciem eius dum tegebant, maceria cum lapidibus diruta erat.

Id ego uidens alta mente reposui: uidi inquam, & eruditionem accepi.

Paululum dormiendū, paululum dormitandum, paululum complicandæ manus ad dormiendum: at interim ceu uia-
tor ueniet egestas tua, & inopia tua ceu uir scuto munitus.

Supra 6.
Mimeticis
ignauorum.

CAPVT XXV.

Et hæ parabolæ sunt Solomonis, quas [huc] retulerunt uiri Ezechiaë regis Iuda.

a Potest esse simile, ut decet deū abscondere uerbū uel rem, ita decet reges scrutari.

Multa enim nos in diuinis rebus latent, idē ad gloriam dei facit.

b Alij legūt, ut sit similitudo.

c Eb. remouere.

d impius uel impietas.

GLoria dei est ^a cælare uerbum, at [†] gloria regū est, scrutari uerbum. Cælum in ^b sublimi est, terra in profundo, cor autem regis inperuestigabile.

Deut. 17.

^c Auferatur scoria ab argento, iam exit excoctori uas.

Isa. 2.

Auferatur ^d impius à conspectu regis, iam thronus eius iustitia firmus erit.

Noli te ostentare coram rege, & in loco magnatum ne steteris.

Præstat enim ut tibi dicatur, Ascende huc, quàm te loco deiici coram principe, quem aspexerant oculi tui.

Luc. 14.

Ne

SOLOMONIS.

31

Ecclesi 9.

Matth. 5.

† Ne ex eas ut cito litē instituas, ne tandem quid designes, quo te ignominiosum reddat proximus tuus.

§ Causam tuam age in lite cum proximo tuo, & h̄arcanum alterius ne reueles.

Ne forte audiens, à te subtrahat beneficentiam, teq; infamet, quod amoliri non possis.

Mala aurea in cælatiſ uasiſ argenteiſ, est uerbum h̄ tempeſtiue prolatum.

Torques aureus, & monile aureū est, increpauo ſapientis auri obtemperanti.

Sicut frigus niuiſ in tempore meſſiſ, ſic fiduſ legatuſ ei qui ſe miſit, & reficit animuſ heri ſui.

Nubeſ & uentuſ abſq; imbre eſt, qui magnifice pollicetur, ſed præſtando fallit.

Prou. 15.

† Lōganimitate perſuadetur princepſ, & lingua molliſ frangit oſſa.

Mel ubi repereris, comede quantū ſatis eſt: ne eo ſatiatuſ, euomas illud.

Reuoca pedem à domo proximi tui, ne forte tui ſatur, odiat te.

Prou. 19.

† Malleuſ, gladiuſ ac ſagitta acuta eſt uir qui falſum dicit teſtimoniū aduerſuſ pximum ſuum.

Denuſ fractuſ, & peduſ luxatuſ, præuariſ catoris ſpeſ ſunt dum aduerſitaſ ingruit.

Mœſto cordi carmen canere, perinde

e Quidā ſic legūt, Ne tu tandem faciā quid, quo tu afficiā ignominia proximuſ tuuſ. f uel, quum te.

g Alij legūt, Aliuſ tuā litem dirimat antequā adeaſ iudicem.

h uel, alteri ne reueleſ ſecretuſ.

i Alii legūt, contra meliſ te afficiat, uel adimet tibi probitatem.

k Eb. uerbuſ in roſtiſ ſuiſ dictuſ.

l Eb. cuſpiſ niuiſ, ¶ In eſſayſ apſſen.

m Eb. uir qui gloriatur in munere mendaci.

n oſſa, id eſt duruſ.

Muſica in luctu intēſ peſtiua.

SENTENTIAE

est atq; detrahere uestes tempore frigoris,
aut nitrum aceto [perfundere.]

† Si esuriat qui te odit, ciba illum pane: Rom. 12.
si sitierit, pota eum aqua. 1. Re. 30.

Sic enim prunam incendes super ca-
put eius, & DOMINVS reddet tibi.

o Eb. linguam ab-
scissionis, hoc est,
quæ clam defert.

Ventus Aquilonaris pellit pluuias, at
uultus seuerus o linguam delatricem.

† Satius est in pinna tecti habitare, q̄ Prou. 21.
cum muliere contentiosa, quæ partem in
domo habet.

Quod aqua frigida est lasso animo, id
est nuncium bonum è terra longinqua.

Fons conturbatus, & corrupta uena,
est iustus lapsus coram impio.

† Quemadmodū multum mellis ede- Eccl. 3.
re nō est bonum, sic qui gloriam eorum
nimium scrutatur.

p Spiritū, hoc est,
iram & impetum:
qui animo suo nō
imperat.

Vrbs mœnibus nudata est uir, qui no
cohibet p spiritum suum.

CAPVT XXVI.

a intempestiua sci
licet sunt.

VT in æstate nix imberq; in mense,
sic nec stultum decet gloria.

Quemadmodum auis aufugit,
& præteruolat irundo, sic friuola execra-
tio non euenit.

b suple debetur,
uel destinata sunt.

† Flagellum equo, frenū asino, uirga Psal. 31.
tergo b stultorum.

Ne respondeas stulto secundum illius
stulti

stultitiam, ne & tu quoque par ei fias.

Responde stulto secundum stultitiam eius, ne sapere sibi uideatur.

Truncat pedes, bibitque uolentiam, qui per stultum aliquid mandat.

Vt exaruerunt crura claudo, sic prudens & picturatus sermo in ore stulti.

Qui stultum honore adficit, perinde facit ac qui lapidem in funda ligat.

Vt spina crescens in manu ebrii, sic parabola in ore stultorum.

Egregius aliquis ac magnus uir conficit [per se] omnia, stultus autem mercede conducit * transgressores.

2. Pet. 2. † Vt canis ad uomitum suum redit, sic stultus iterat stultitiam suam.

2. Cor. 3. † Si uideas hominem qui sibi sapere uideatur, de stulto melius sperabis quam de ipso.

Prou. 22. † Dicit piger, Pardus est in uia, leo inter plateas.

Sicut fores uoluuntur in cardine suo, sic uolutatur piger in lecto suo.

Prou. 19. † Abscondit piger manum suam in spatulam, pigetque eam reducere ad os suum.

Piger uideatur sibi sapientior, quam septem qui sententias respondent.

Canem auribus tenet, qui transiens litise ingerit, quæ sua nihil refert.

Psal. 10. † Vt qui sese fatigat iaculando flammæ, tela letalia: sic est uir dolosus erga

^c Eb. mittens uerba per manum stulti.

^d Vt lapis non hæret in funda, sed mox ei aculatur, sic nec honor in stulto.

^e Alius sic legit, Qui stultos ac prætereuntes mercede cõducit, similis est magistro qui omnia contaminat.

* Transgressores, id est nebulones, negligentes, ignauos.

^f Alii legunt, in sinum, alii in ollam.

SENTENTIAE

proximum suum : deinde dicit, An non ioco feci?

† Vbi defunt ligna, extinguitur ignis: *Ecclesi 29.*
ubi deest susurro, cessant occasiones contentionum.

Carbo prunam, & ligna ignem, contentiosus rixas incedit.

§ Alij sic, Verba delatoris perinde sunt ac uerbera, penetrantq; penetrantia uentris.

† Verba susurronis s̄ blanditijs sunt similia, sed in intima uiscera penetrant. *Prou. 18.*

Vt uas testaceum argenti scoria obductum, ita labia ardentia, & cor malum.

h Alij legunt, Labijs dissimulat, & quum adpropinquat, struit dolum.

l uel sic, Quū precatur uoce sua.

Labijs b̄ suis cognoscetur osor, intra se dolum recondit.

Quum uoce sua i benignus est, ne credas ei, septem enim abominanda sunt in corde eius.

Odium si regitur in uastatione, retegatur malitia eius in cœtu.

† Fodiens foueam in eam ruet, & qui saxum prouoluit, in ipsum recidet. *Ecclesi 10. Ecclesi 27.*

k uel, attenuatos ipsius.
l hoc est, operatur ruinam.

Lingua mendax odit qui b̄ ipsam reprimat, & os blandū facit l̄ impulsione.

CAPVT XXVII.

NE glorieris de die castino, nescis enim quid ferat dies. *Matth. 6. Iaco. 4.*

Laudet te alienū, non tuum os: extraneus, & non labia tua.

† Onerosus est lapis, grauis arena, utroq; grauior est ira stulti. *Ecclesi 22.*

Sæua

SOLOMONIS.

Sæua res est æstus, & furor inūdatio,
coram æmulatione autem quis confi-
steret?

^a Alij legūt, & fu-
ror inundans, uel
erumpens.

Pfal. 140

† Melior est manifesta correptio, quàm
occulta dilectio.

Luc. 22.

Iob 6.

Fidelia sunt uulnera inflicta à diligen-
te, ^b coacta autem † oscula odientis.

^b Alij legūt, noci-
ua contumeliosa,
sed uidetur preci-
bus extorta.

† Anima satura fastidit fauum, esurien-
ti animæ etiam amarum dulce est.

Homo qui de loco suo migrat, similis
est passerulo nidum suum linquenti.

Vnguentum & suffitus cor exhilarāt,
habere amicum ex ^c animo cōsulentem,
res dulcissima est.

^c Eb. dulcedo pro-
ximo suo de consi-
lio animæ.

Eccli 9.

† Amicū tuum, & amicum patris tui
ne deseras, & domum fratris tui tempore
calamitatis tuæ ne ingrediaris.

Melior est uicinus propinquus, quàm
frater procul absens.

Sapiens esto fili mi, & gaudebit cor
meum, ut respondere queam ei qui mihi
exprobrat.

Cautus uidens periculum abscondi-
tur, simplices perrumpunt, & damnum
accipiunt.

^d Varie exponitur
hic uersus. Quidā
sic, Qui nimis ac-
curate & magnifi-
ce laudat aliquē,
uidebitur execra-
re. Alij sic, Lau-
dare aliquem nis-
mis mane, hoc est,
antequam tibi per-
spectus sit, uitio
uertitur, &c. nis-
mis præpropere.

Prou. 20.

† Si alienus sponderit, eripe uestem
eius, ut pro extraneo sit pignus eius.

^d Laudanti proximū suum magna uo-
ce mane cōsurgenti, reputabitur ac si exe-
cratus eum fuisset.

E

29.

18.

s 10
127.

th. 6
.4.

ii 22.



SENTENTIAE

Tectum perstillans tempore pluuiæ,
& rixosa mulier paria sunt: qui cohibet
eam, uentos cohibet, & dextera sua oleo
occurrit.

*e Alij legunt, ut fer-
rum acuitur.*

Vt ferrum ferro ^e committitur, sic homo
homini consociatur.

Qui ficum colit, uescitur fructu eius:
sic qui dominum suum obseruat, hono-
rabitur.

f Variant sensu.

*Quidam sic intelli-
gunt, Vt facies in
aqua resplendens
fallit, ita inter se
corda hominum.*

*Alius sic, Vt eadē
aqua diuersas red-
dit facies, sic alia
aliorum hominū.
sunt corda.*

*Suel, iuxta permi-
xtionem: uel, uir
cum coram lauda-
tur.*

Vt aquarū facies ^f ad facies, sic cor ho-
minis ad homines.

† Vt inferi & perditio nunquā satian-
tur, sic oculi hominis nunquā satiantur.

*Prou. 30
Eccli 14*

† Vt argentum in catino, & aurum ^{sin}
fornace [exploratur,] sic homo ore lau-
dantis eum.

Eccli 27

† Stultum si contuderis pistillo in mor-
tario inter ptisanam, non recedet ab eo
stultitia eius.

Iere. 13.

Faciē pecoris tui accurate cognosces,
& adponito cor tuum ad greges.

*Hæc ad
œconomi-
am perti-
nent.
Præsentibus uten-
dum.*

(Neq; enim perpetuus erit thesaurus,
neq; corona ad perpetuā posteritatem.)

Vt fœnū prodeat, herba adpareat, gra-
minaq; montium colligantur.

*Hæc omnia
prudēs &
diligēs pa-
terfamili-
as norit.
† Eccli 29*

Oues pro uestitu tuo, et hircos pro pre-
tio agri.

† Num sat lactis caprarum pro cibo
tuo, & cibo domus tuæ, & pro uictu an-
cillarum tuarum.

CAP.

CAP. XXVIII.

Leui. 26.

Fugiunt nemine persequente impij,
iusti ut leones confidunt.

^a Propter prauaricationē eorum
qui in terra habitāt, fit ut alij subinde im-
perent: quum uero homines prudentes
sunt & cordati, firmum est, & ^bproro-
gatur.

^a Eb. In prauaricō
catione terræ mul-
ti principes eius,
& in hominē intell-
ligente & experto
firmum produces-
tur.

Vir pauper qui pauperes uiolētia op-
primit, perinde est ac imber putrefaciens
segetem, ut nihil proueniat.

^b prorogatur sci-
licet imperium.

Qui legem deserunt, impium laudāt:
qui autem legem custodiunt, prouocan-
tur contra eos.

Efferi sunt
pij aduersus im-
pios.

1. Cor. 2.

Mali homines non intelligunt iudi-
cium, † qui autem DOMINVM quæ-
runt, omnia intelligunt.

Prou. 19.

Eclī 19.

* Melior est pauper qui ambulat in in-
tegritate sua, quā diues qui prauus in
uijs suis incedit.

Qui ^dlegem seruat, intelligentia præ-
ditus est: qui uero helluonum socius est,
ignominia afficit patrem suum.

^d Lex forte pro
modo ponitur.

Qui opes suas fœnore & usuris au-
get, congerit eas homini qui pauperibus
benefaciat.

Prou. 1.

† Qui aurem suam auocat, quo minus
legem audiat, eius precatio quoq; abomi-
nanda est.

Qui seducit rectos in uiam malam, in

S E N T E N T I A E

foueam suam ipse corruet, integri uero hæreditate consequentur bona.

Diues sapere sibi uidetur, at pauper prudens explorat eum.

† Vbi iusti exultant, multa est magnificencia: quum uero impij surgunt, exploratur homo. Ecclesi 10.

e Alij legunt, commutatur hominum res: sed uidetur dicere, Sub impijs principibus nihil tutum est pijs, omnia explorant, omnia timantur.

† Qui transgressiones cælat, huic non prospere cadet: qui uero confitetur & deserit, is misericordiam consequetur. Iob 13.
Psal. 31.

Beatus est homo qui iugiter pauet: qui autem cor suum obdurat, corruet in malum. Preconiũ timoris domini.

f uel, esuriens, famelicus.

Ceu leo rugiens, & ursus cum fremitu discurrens, est princeps impius pauperculæ plebi. Tyrannũ εικωρ.
Prou. 19.

g Eb. Princeps destitutus intelligentia & multæ uolentia, odiens auaritiã, prolongabit dies.

Sub stulto & principe crebræ sunt uolentia: qui autem auaritiã odit, diu imperabit.

h Alij legunt, damnatus propter sanguinem.

† Qui per uolentiam sanguinem fuderit, ad foueam usque profugus erit, ut nemo sustentet eum. Gen. 4.9.

† Qui integre ambulat, saluabitur: qui uero per uias prauas incedit, in una aliqua corruet. Prou. 10.

† Qui colit humum suam, satiabitur pane: qui uero uanos sectabitur, satiabitur egestate. Prou. 12.
Ecclesi 20.

Vir fidelis amplas habet benedictiones, † qui uero festinat ditescere, non ferret impune. Prou. 23.
1. Tim. 6.

Agno-

Agnoscere ⁱ personas, non est bonū: ⁱ Ebr. uultus.
 propter frustum panis præuaricatur uir
 [huiusmodi.]

Qui properat ut ditescat, ^k inuidus est,
 nec animaduertit egestatem sibi immi-
 nere.

^k Alij legūt hæsed
 pro ignominia &
 probro. Est qui
 ita legat, Auarus
 & inuidus, non a-
 gnoscūt sibi omnia
 euenire beneficen-
 tia dei. Ego legi
 hæser.

Qui ^l corripit hominem post me, nan-
 ciscetur gratiam plus quàm qui lingua
 adulatur.

^k Eb. malo oculo
 est uir.

Matt. 15.

† Qui patrem suum & matrem suam
 deprædatur, dicitq; id non esse transgres-
 sionem, socius est hominis grassatoris.

^l Sic Solomon lo-
 quitur, Qui post
 me increpat & ar-
 guit, hoc est, iuxta
 leges meas. Alij le-
 gunt, Tandē gra-
 tior erit adulator
 re.

Latus anima excitat contentionem, at
 qui DOMINO fidit, pinguescit.

Ierc. 17.

Psal. 48.

† Qui cordi suo confidit, desipit: at qui
 sapienter ambulat, liberabitur.

2. Cor. 9.

Deut. 15.

† Qui largitur pauperi, nō egebit: qui
 autem auertit oculos suos, multam [ha-
 beb] egestatem.

Prou. 28.

19.

† Quum euehantur impij, delitescunt
 homines: quum uero pereunt impij, au-
 gescent iusti.

CAPVT XXIX.

Qui aduersus ^a increpationes du-
 ra ceruice est, subito conteretur,
 nec mederi quisquam poterit.

^a uir cōtumax ad
 increpationes.

Prou. 28.

Quum iusti regnāt, gaudet populus:
 quum imperitat impius, ingemiscit po-
 pulus.

SENTENTIAE

Qui sapientiae amans est, exhilarat patrem suum: qui autem cum scortis amicitiam iungit, opes dilapidat. Prou. 5.

b Eb. terram.
Iudicium pro iure & aequo.

Iudicio rex conditionem firmam facit: at qui tributa [extorquet] euertit eam.

c Eb. uir oblationum uel munerum, hoc est, qui nouis subinde uectigalibus populum expilat ac deglubit.

Qui adsentatur proximo suo, expandit rete dgressibus eius. Ibidem.

d Alij legunt, gressibus suis, ut sese capiat adulator: alij, ut adsentator sit infidiator.

Ipsi malo transgressio sua laqueus est, iustus autem ouat & gaudet.

e Irretitur malus peccato suo.

Cognoscit iustus miserorum causas, impius uero nihil prudentiae aut cognitionis habet.

f alij legunt, inflant.

Illusores illaqueant urbem, at sapientes auertunt iram.

g Alij ad stultum referunt, quod istumultuetur & rideat.

Vir sapiens si cum stulto disceptationem suscipiat, siue stumultuetur, siue rideat, nulla quies. Imperito homine nihil intus.

Viri sanguinarij oderunt integrum, rectis autem uita eius curae est.

h Alij legunt tandem: alij sensim, nach vnd nach.

Totum spiritum suum effundit stultus, at sapiens retrorsum cohibet eum.

i Animum aduertere, est delectari aliqua re.

Princeps qui animum aduertit ad res uanas ac medaces, huius ministri omnes impij sunt. Eccli 10. Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Pauper & foenerator inter sese conueniunt, utriusque autem oculos DOMINVS illustrat.

Rex qui iudicat in ueritate pauperes, huius solium in perpetuum firmum manet. Prou. 20.

Virga & obiurgatio dat sapientiam, puer

puer uero [sibi] relictus, pudefacit matrem suam.

Eccli 30.

Quum præsunt impij, crescit transgressio, at iusti casum eorum intuebuntur.

Castiga filium tuum, hoc quietem tibi adferet, deliciasq; animo tuo.

Quum deest ^k propheta, ^l dissipatur populus: & qui legem obseruat, beatus est.

^k Ebr. uisio.
^l uel abstrahitur.

Seruus non emendatur uerbis, & quum intelligat, non tamen respondet.

Si uideas hominem sermone suo precipitem, iam de stulto melius quam de illo speres.

Qui seruum suum à pueritia delicate educat, postremo ius filiorum occupare molietur.

Iracundus excitat occasionem contentionum, & ^m furibundus multas transgressiones.

^m Ebr. uir nasi, uel uir furoris.

Iob 22.

† Fastus deiicit hominem, at spiritu humilem tenet gloria.

Leui, 5.

Odit animam suam quisquis furis socius est: † audit execrationem, & non indicat.

Qui metuit ⁿ homines, corruet: qui autem in DOMINO confidit, is extra telorum iactum est.

ⁿ Ebr. Pavor hominis ponet laqueum.

Plæriq; ambiunt principis faciẽ, à DOMINO autẽ [pendet] cuiusq; iudicium.

SENTENTIAE

Abominantur iusti uirum iniquum,
impius autem abominatur qui recte in-
cedunt.

CAPVT XXX.

Sermones Agur filij Iake,
prophetia^a grauis.

^a uel difficilis sen-
tentia, prægnaus,
excellens.

^b Alij legunt, san-
ctorum scientiam
nouit. Quali dice-
ret, Expers sum
humanarū artiū,
at diuinarum gna-
rus sum.

Dixit uir ad Ithielē, ad Ithielem in-
quā, & Vchal: Stupidior quidem
sum ego quā quisq̄ alius, & hu-
mana prudentia destitutus. Sapientiam
nunquam didici, ^b neq; sanctorum scien-
tiam noui. Quis ascēdit ad cœlos? aut de-
scendit? Quis collegit uentos intra ma-
nus suas? Quis constrinxit aquas ueste?
Quis constituit omnes terminos terræ?
Quod est illi nomen? Quod nomen filio
eius? si modo scis. † Omnis sermo dei pur-
gatus est, scutum his qui eo nituntur. * Ne
addas sermonibus eius, ne te redarguat,
& mēdax inueniaris. Duo sunt quæ abs-
te postulauit, ea ne neges mihi antequam
moriar. Procul à me amoue uanitatem et
mendax uerbum. Inopiam & diuitias ne
dederis mihi, sed fac ut decerpam panem
demenſi mei, † ne aut te negem, & dicam:
Quis est deus? aut per inopiam furer, &
abiurem nomen dei mei.

Psal. 118.
118.
* Deut. 4.
12.

Deut. 8.
31.

Ne

3 Ne deferas seruum apud herū suum, ne te execretur, neue te culpæ obnoxium reddas.

4 Est genus quoddam [hominū,] quod maledicit patri suo, & matrem suam non laudat. Est rursus genus quoddam, quod

5 sibi mundum uidetur, quum tamen à for-
dibus suis non sit lotum. Est deniq; gens

6 quæ oculos suos attollit, et palpebras suas eleuat. Est postremo gens, cuius dentes

7 gladij, & cuius molares cultri sunt, ut de-
uorent pauperes è terra, & inopes ex ho-

minib. Sanguisugæ duæ filiæ sunt [nēpe]

8 adfer, aduehe. Tria hæc non satiatur, &

9 quatuor nunquā dicūt, Satis est opum.

Prou. 27. † Sepulchrum, uulua cōstricta, terra non
satiata aquis, & ignis non dicit, Satis.

Exod. 21. † Eius oculū qui patrem subsannat, &
Deut. 27. † matris doctrinam spernit, corui torrentis
eruunt, ac aquilæ pulli deuorent. † Tria

Sap. 5. hæc excellētia sunt, ac supra captū meum,
10 & quartum penitus ignoro. Viam aqui-

læ in aëre, uiam serpentis supra petram,

iter nauis in pelago, & uia uiri cum ado-

lescentula. Talis est & adulteræ uia, quæ
ubi comederit, extergit os suum, & dicit:

Nihil mali feci. Sub tribus cōtremiscit ter-

ra, & sub quarto nequit consistere. † Sub

seruo qui imperat, sub stulto quum satur
est panibus, sub odiosa si marito nupse-

E S

c Traghâr, Bring
hâr. Adferra, Ad-
ueha, nomina ficta
ex uerbis.

d Alij legunt, &
quartum inexple-
bile est.

e Pro sepulchro
alij legunt inferi.

f uel quatuor.

3. Reg. 21

SENTENTIAE

rit, & sub ancilla quæ hæres facta est dominae suæ.

12. Quatuor ista minima sunt inter terrestria, sed sapientia superant uel prudentissimos. † Formicæ, populus imbecillis, Prou. 6. quæ tamen in messe cibum suum parât:

g Quidam murem montanum esse putât, & uidentur hic quadrare.

h Pro araneo alij legunt stellionem aut lacertam, non inepte.

i uel manib. suis.

k Eb. Astrictus lumbis. Sin Wind.

Alij legunt, firmis lumbis, uel ilijs.

l Alij, rex cui resisti non potest.

m Saltem os cõpescito, ne erumpat scelus.

a Ebr. onus.

b Hoc est, exoptatissime, pro quo omnia mea uota emitto.

Argumentum, ut à turpi amore abstineat, sed ducat honestam, caueat ebrietatē, seruet iudicium & iustitiam: deinde Encomiū mulieris honestæ addit.

Scuniculi, gens minime potens, attamen in petra domicilium suum collocant: locustæ, quæ & si regem non habeant, turmatim tamen proficiscuntur uniuersæ: araneus utrunq; ^llatus adprehēdit, & est in palatijs regum. Hæc tria bene incedunt, imò quatuor belle incedūt. Leo qui heros est inter beluas, nec à cuiusquã conspectu fugit: canis ^kuenaticus, aries, & rex alkum.

14. Si stulte egisti efferendo te, aut si quid scelerati apud te cogitasti, [pone] ^mmanum super os.

Lac si premas, butyrum exit: qui nares emungit, sanguinem elicit: sic qui iras incitat, litem producit.

CAPVT XXXI.

Verba Lamuelis regis ^adisciplina grauis, in qua erudiuit eum mater eius.

Quid fili mi? quid fili uteri mei? ^bquid fili uotorū meorum? Ne des

des mulieribus ^crobur tuum, & uias tuas ad delendum [†]reges.

^c Alij legunt, opes, sed hail significat quid præstantissimū est in homine, ingenium, robur, opes.

Ne [des] regibus, o Lamuel, regibus inquam [†]uinum bibere, aut principibus siceram, ne poti obliuiscantur legis constitutæ, aut peruertāt causas omnium afflictorum. [†]Damnatis date siceram, & uinum his qui amaro sunt animo. Ut poti obliuiscantur inopiæ suæ, & calamitatis suæ non ultra recordentur.

Aperi os tuum ^dmuto, in iudicio omnium eorum qui prouocant. Aperi os tuum, iudica iuste causam pauperis & egeni.

^d Hoc est, aduocare & patrocinare.

[†]Fœminam uirtute præditā quisquis nactus fuerit, mercē habet gemmis procul petitis pretiosiore.

^e Alij legunt per interrogationem, Quis inueniet?

Ei tuto credit cor mariti eius, res quoque non decrescunt.

^f Ebr. spoliū non deest.

Rependet ei bonum, & non malum, cunctis diebus uitæ suæ.

Quærit lanam & linum, & operatur cum uoluptate manibus suis.

Perinde est atque nauis mercatoris, ex longinquo aduehens uictum suum.

Dum adhuc nox est surgit, & dat familiæ suæ scibū, ac demensum puellis suis.

^g uel, pensum.

Cōsultat de agro, & emit eum, de fructu manuum suarum plantat uineam.

Fortiter lumbos suos accingit, & cor

SENT. SOLOMONIS.

roborat brachia sua.

U Sentit quàm bona sit negotiatio sua,
nec noctu extinguitur lucerna eius.

U Manum suam colo admouet, & uolæ
eius torquent fufum.

U Manum suam extēdit pauperi, & ege
no præbet illam.

U Non metuit familię suæ à bruma, uni
uersa enim uestita est ^b duplicibus.

^h Alij legunt coc-
cino.

U Tapetia facit sibi, ex bysso ac purpura
indumentum.

U Nobilis est in porta maritus eius, dum
fedet inter senatores regionis.

U Sindonē facit ac uendit, cingula quoq;
quæ dat mercatori.

U Fortitudo & decus uestimentum eius,
& gaudebit in posterum.

U Os suum sapienter aperit, & lex bene
ficentiæ in lingua eius.

U Speculatur statum domus suæ, & ci-
bum suum non edit otiosa.

U Surgent eius liberi & prædicabūt eam
felicem, maritus quoq; eius eam laudat.

U Multæ filiæ pararunt opes, at tu uni-
uersas excellis.

U Fallax gratia, uana uenustas, fœmina
dei timens ⁱ ea laudabitur.

ⁱ uel, hæc glorie-
tur.

U Huic date de fructu manuum suarū,
hanc prædicent in porta opera illius.

F I N I S.

LIBRARY OF THE

UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG


LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF SACHSEN-ANHALT
MAGDEBURG





מלך

מלך

40

(X2792648)

56





P

S I V E
tissimi m
fide & rel
Leonem
à uerb
spe

cf. n.

TI

Corrad

hūis

570.

Box

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Grey	Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Grey	Black

